



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

H.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Imò etiã
sint eviden
ter insta.

quæst. 7. par. 1. tract. 3. ref. 21. & par. 7. tr. 17.

17 Porro gabellam evidenter iustam fraudare, videtur mortale, & fraudantes ad restitutionem teneri, si non accedat titulus compensationis, iuxta dicta V. *Compensare, n. 2.* Nam, sicut Principes debent Reipublicæ custodiam, & vigilantiam, ita Respublica debet vicissim Principi congruum sustentationi subsidium. Et præterea huiusmodi fraudes cadunt in damnum euentium gabellas. Ita Ortiz in summ. cap. 3. num. 4. & DD. communiter. Sed Duardus in can. 18 Bull. Com. quæst. 12. nu. 19. contrariam sententiam tenet, & late probat. eamque probabilem vocant Lesius dub. 8. n. 55. & Bonacina de contr. dist. 1. quæst. 9. pun. 1. num. 3. quia probabile est, leges penales non obligare in conscientia. Ad primum argumentum respondet Duardus fraudantes gabellas non intendere violare legem naturalem mandantem solui Principis iure, vt illud patrum retineant, quod in lege dure pœnali, & subditorum arbitrio relinquatur. Ad secundum respondetur, euentes vestigalia sales fraudes non ignorare, & ob id vilius emere: & quod cum multis amitteat, cum vno, quem in flagranti inveniunt, lucrifacere. Ex quibus S. V. gabellas, num. 6. inquit, fraudantes gabellas iustas, non esse ad restitutionem cogendos par. 1. tract. 10. ref. 19.

G V L A.

Gula quid sit.

Gula est vnum ex septem vitiiis capitalibus, consistens in appetitu cibi, potus immoderati, immoderati inquam aut quoad tēpus, aut quoad preium, quantitatem, vel qualitatem ciborum, aut denique quoad nimiam & extraordinariam complacentiam de illorum gustu. Et quidem si appetitus inordinatus versatur circa cibū, dicitur comestatio, & crapula; si circa potū, ebrietas. Est aliquando gula peccatū mortale, & regulariter quociens co-

Quomodo

Et quale

medantur cibi temporibus prohibitis, in reliquis vt plurimum veniale. ¶

2 Quæres: An comedere, & bibere absque necessitate ob solam voluptatē, sit peccatum saltem veniale? Respondet Saneius in select. disp. 2. num. 14. negativè: dummodo esus & potus non noccat: nā si res odoriferas olfacere, & res pulchras ob meram delectationem inspicere, nō est peccatum, cur peccatum erit in eundem finem comedere? nisi faciamus gustum peioris, quā sensus cæteri, conditionis p. 3. tr. 5. ref. 6.

3 Sed quid, inquires, si quis ad verterter comedit vsque ad vomitum? Respondet cum Ioanne Henriquez cap. 19. num. 9. hunc non peccare mortaliter, sed venialiter, si in hoc non ponit vltimum finem, & salutem corporis nonabiliter non lædit: nam non facit contra aliquod præceptum Dei, vel Ecclesiæ. par. 5. tr. 13. resolutione 40.

H A E R E S I S.

1 Hæresis est error hominis Christiani in rebus fidei cū pertinacia. ¶ Vt ergo quis sit hæreticus, requiritur primò error in intellectu: quamvis enim extrinsecus dæmonem colat, aut quocumque actus hæreticales exerceat, si bene credit, non est hæreticus, quamvis, quia hæc et minima indicant internum errorem in fide, possit ab Inquisitoribus puniri, vt dicemus V. Inquisitorum iurisdictio in qua delicta. An vero à simplici Confessario absolui possit, dictum est V. Absoluere ab hæresi, & aliis criminibus S. Officii. p. 1. tr. 5. ref. 1. p. 4. r. 4. ref. 1. 40. in fine.

2 Error autem intellectus debet esse cum assensu positivo: hæresis enim est erroris electio: vnde dubius in fide non est hæreticus, positivè; sed solū privativè, quatenus caret assensu fidei. Et ita intelligi debet auctoritas Stephani PP. in c. 1. de hæ. Vt satis probabiliter, & tutè explicant Purcan. in 2. 2. q. 11. Art. 2. dub. 2. & alii contra Fabr. de sacram. Or-

An & quale peccatum sit, comedere, & bibere ob solam voluptatē? Et comedit, reussq; ad vomitum?

Hæresis est error hominis Christiani circa fidem.

Cum assensu positivo.

dim. distinct. 25. quest. 5. disp. 3. cap. 4. num. 112. & alios. Potest etiam explicari pro foro externo: vel quando dubitans, supra dubium esse cogens, eliceret iudiciū erroneum spectans res fidei esse solum probabiles; & c. part. 2. tractat. 19. resol. 51. Verum in assensu positivo contra fidem non datur paritas materiæ, quidquid enim intellectus contempnat credere de rebus fidei, quantumvis minimum peccat mortaliter, negando fidem Deo reuelantē. Ita Leone par. 1. recoll. 7. num. 45. & alij. Sed Sayr. lib. 12. cap. 2. num. 19. putat in rebus fidei dari posse peccatum veniale, quod constat in verbo leuissimi p. 5. r. 3. ref. 28.

Et cū pertinacia?

3. Secundo ad constituendum hæreticum requiritur pertinacia. part. 1. tract. 5. resol. 1. Quamuis autem Alciat in l. 2. C. de Sum. Trinit. & fide Casb. n. 3. & alij ad pertinaciam requirant, quod hæreticus resistat monitioni Ecclesiæ: dicendum tamen cum Bee. in 2. 2. c. 14. quest. 2. concl. 3. num. 10. & omnibus ferè Theologis, satis pertinacem esse, qui, sciens suam opinionem esse contra determinationem Ecclesiæ, preter nihilominus illius auctoritate, in sua opinione persistit. Nam, ut ait Simanca tit. 48. num. 78. Scriptura. & Ecclesiastica definitio, quibus fides Catholica vititur, plus operatur, & potest, quam sexcenta iudicis monitiones; & mille prohibitiones iuris humani. Quæ doctrina non solum procedit in foro interno, ut ait Arag. in 2. 2. quest. 11. art. 1. concl. 2. sed, ut docet Lorca ibid. art. 2. disp. 41. num. 8. etiam in externo: alioqui multi se excusarent, quod non fuerint admoniti & impuniti manerent in Reipubl. excidium. Posset admitti sententia Alciati cum hæretico rudi, vel quando hæreticus esset curiæ seculari tradendus, in quo tamen casu pro foro externo sufficeret præcessisse monitionem Inquisit. vel Episcopi, aut alterius viri docti ab illis deputati nec enim ad cuiuscumque causæ iudicium congregari debet Concil. vel supremus Iudex aditus, sed debent esse peculiare iudices, quorum maturo, & prudenti

iudicio causa finiatur Ita Lorca ibid. n. 20. p. 4. t. 7. ref. 36

4. Iam verò, cum certum sit, non esse hæreticum pertinacem, qui ignorat se contra fidei determinationem sentire; ^{Id est, ut ignoret se contra fidem sentire.} dubium tamen est, quamnam ignorantiam pertinaciam excludat, & excuset hæreticum. nam Sotus in 4. dist. 2. q. 2. art. 3. post 3. concl. cas. 1. & alij docent, ignorantiam crassam, & culpabilem; quæ in aliis criminibus non excusat, neque hæreticum excusare: Ipse tamen cum Suar. Ne affectu Azor. Coninch, & aliis, quos citat, & sequitur Palau tom. 1. tract. 4. disp. 3. punc. 2. num. 3. existimo, non solum ignorantiam crassam, & supinam excusare ab hæresi, sed etiam affectuam, si quidem affectetur ex tadio solum discendi, non autem ex falsa opinione, quod, quæ Ecclesia proponit credenda, parui momenti sint. Et ratio est, quia hoc modo ignorans non spernit auctoritatem Ecclesiæ tãquam incredulus, quamuis Deum offendat, negligendo scire quæ debet. Nec valet paritas Soti de aliis peccatis; nam in his nihil aliud requiritur, quàm quod quis aduertat, aut possit, & debeat aduertere quod contra legem delinquit; in hæresi verò requiritur pertinacia, & quod quis aduertat, se contra Ecclesiam sentire, id quod nec cum ignorantia affectata constare potest ibid. à 5. suppono igitur. Quæ omnia procedunt pro foro tantum interno. Pro quo nec sufficit ad monitio Inquisitoris, vel Episcopi, (ut diximus num. 2. pro foro externo,) ^{Quoad forum con-} nihilominus quis existimet se Ecclesiæ ^{scientiam} confirmiter sentire, illos vero decipi, nã debet scire, quod sentiat contra Ecclesiam. In foro autem externo frustra allegatur ignorantia in ijs articulis, quos quilibet ex officio scire tenetur, & sic Sacerdotes, & viri docti non excusantur ab errore in articulis fidei, & præceptis Decalogi, Secus de rusticis, & simplicibus, qui tamen quo magis scioli sunt, eo minus excusantur, ibid. à 5. sed quia.

5. Et hæc sufficiunt ad constituendū hæreticum internum, & committendū ^{Et ad in-} ^{errandam} ^{grauissimam}

excommu-
nicatione
non sufficit
error in-
ternus.

Vel in apte
manifesta-
tus.

grauissimum peccatum mortale. Adhuc tamen non suffi- ciunt ad incurrendam excommunicationem & alias pœnas iuris, de quibus infra: sed requiritur præterea, quod error internus aliquo verbo, aut signo extrinsecus pateat; nam Ecclesiæ regimen est visibile: eiusque iurisdic- tio non fertur in actus internos, ut dictum est V. Censura num. 18. Ita DD. communiter, contra Io. Andream in cap. ult. de her. Nec igitur hæreticus merè externus incurrit excommunicationem ut diximus n. 1. nec merè internus: sed ille solum qui internum errorem sensibili aliquo signo exteriùs manifestat. part. 1. tract. 5. ref. 6. & p. 4. 1. 4. ref. 140. §. Notandum est.

9. Imò Granad. in 2. 1. contr. 1. tract. 15. disp. 13. num. 14. aliquos casus enumerat, in quibus interni erroris manifestatio ad excommunicationem non sufficit. Primus est, quando quis errorem manifestaret ad petendum consilium, vel Cōfessario: nam hoc esset quærens medicinam. Secundus, si profertet inadvertenter, ex naturali obliuione, seu actuali inconsideratione inculpara nã hic actus nõ esset humanus. (Quod Mendoza in 2. 2. disp. 38. sect. 3. §. 42. inter dicendũ etiã de inadvertentia, & cõsideratione quod sit prohibita sub cõsura, si verũ est, quod nõ docebimus infra V. Ignorantia nu. 5. & cõmimũ ignorantiam solus pœnã excusare ab illa incurrenda etiam si factũ sit alias lege naturali prohibitum; nã, qui actu non aduertit, comparatur ei, qui nunquam agnouit. Sed tamen in hoc suã sententiam noluit explicare. 5. 1. 9. ref. 17. §. Non desinam Imò postea disp. 89. sect. 2. §. 9. obseruat, in locis, ubi viget Inquisitio Hispanicã tam ignorãtiam, quã in aduertentiã excommuni- cationis, esse moraliter impossibile illam quidem ob frequentem, & vniuersalem publicationem dicti, hanc ob timorem denuntiationis. part. 3. tr. 13. ref. 18. §. Sed hac doctrina.) Tertius casus si ad hæresim propalandam vteretur signo, quod nemo intelligeret. Quartus quãdo quis iocose, & non asseritiuè proferret, & alioqui esset talis, ut de eo hæresis

præsumi non posset. Et quintus, quãdo profertet recitatiuè, dicens: *Habui in Aut in mente hunc errorem hæreticã*, si tamen in- dica quã- de neuticã posset colligi, errore perse- cutate.

7. Adde ipse 6. casum cum Mend. sect. 3. §. 21. quãdo nimirum exterarum hæresis signum esset materia leuis, & (præci- so ordine ad peccatum internum) veniale: Vnde si esus carnũ in die prohibito censerì posset contra fidem, nõ esset hæreticus externus, qui eam carnium quã- titatem ederet, quæ non sufficit ad mor- tale iuxta dicenda infra V. Ieiun. nu. 49. nec proinde excommunicatione incur- reret: nam excommunicatio, & resectio est de peccato mortali interno, ut coniunctio eũ mortali externo demon- strante internam; comestio autem car- nium in modica quantitate nõ demon- strat internam hæresim; nam fieri solet ob solam gulam, vel libitũ gustandi car- nes. part. 5. tr. 5. ref. 32. * Et hoc interest inter hæresim internam, & externam, quod illa non admittit puritatẽ mat- riæ, ut diximus n. 2. hæc verò admittit. Addit etiam Mend. §. 29. septimũ ca- sum, & est, si quis, somnum perfecte si- milans; hæresim mentalem profertet; tunc enim hoc signũ, quamuis alioqui ad hæresim propalandam sufficiens ex circumstantia opinionis omni videtur illã oculere: sicut qui personam hæretici agit in seipso, etiam si hæresim, quã pro- fert, verè teneat, ab auditoribus tamen non reputaretur hæreticus. Sed, ut verũ fateat, hi videntur verè hæretici, quia eorũ locutio licet in somno simulato, coniugitur hæresi, & manifestatur, quod non accidit in vero dormiente. Et ipse Hurtadus non audet asserere, hos non esse hæreticos externos part. 5. tr. 13. ref. 17. Aduerte etiam hic Croulers in reg. §. Franc. c. 7. lect. 4. confundere hæresim externam cum manifesta, & probabile existimare, quod hæreticus externus, qui non potest denunciari, non incurrat censuram, nam est occulta, sicut mentalis. Sed hæc opinio admitti non debet: nam Ecclesia imponit censuras pro omni peccato hæreticũ, quod est per se sensibile,

Secus si- quis expli- cet in som- no simula- to.

hære, & cadit sub eius iurisdictione: nec requiritur iudicium forense, sed satis est quod ipse hæreticus sciat, se hæresim protulisse. Est autem manifestum dixerim cum hæresi mentali, quæ est per se occulta. Et alioquin nulla irregularitas vel censura incurreretur, nisi in delictis denunciabilibus. Azor. tom. 1. lib. 2. c. 8. nu. 6. & alij. *particul. 6. tractat. 6. ref. 51.*

8 Hæc de natura hæresis. Tribunal ad quod spectat hoc delictum, est Tribunal S. Inquisitionis, ut dicemus V. *Inquisitorum iurisdictione in qua delicta.* Poenæ hæreticis infligendas mox referemus. Præsertim illos puniendi inueniens V. *Inquisitorum praxis.* Quis possit hæreticū absoluerè, vide V. *Absoluerè ab hæresi.*

HÆRETICORVM POENÆ.

Hæreticus est ipso iure excommunicatus.

1 Hæreticorum poenæ hæc sunt. Prima, sententia excommunicationis maioris c. ad abolendam, c. excommunicamus 1. & r. tit. in Decret. & in. 6. & can. 1. Bullæ Coenæ, p. 4. t. 7. ref. 1. §. Quarto tertio.

Privatus omni dignitate, officio, & beneficio, & inhabilitas ad ipsa, ex c. didicimus, c. puenda 24. quæst. 1. c. præs. 32. dist. c. quoc. & ad iure, dist. 6. c. ad abolendam, c. excommunicamus 1. de hæret. c. ut commissi, eod. tit. in 6. part. 4. tr. 8. ref. 1. * Item irregularitas ex cit. c. ad abolendam, & c. saluberrimū 1. §. 3. de qua Vide V. *Irregularitas n. 25.*

Et irregularis. Et priuatus iure cohabitandi cū conjugē.

2 Secunda, privatio omnis Ecclesiastica dignitatis, officij, & beneficij, & inhabilitas ad ipsa, ex c. didicimus, c. puenda 24. quæst. 1. c. præs. 32. dist. c. quoc. & ad iure, dist. 6. c. ad abolendam, c. excommunicamus 1. de hæret. c. ut commissi, eod. tit. in 6. part. 4. tr. 8. ref. 1. * Item irregularitas ex cit. c. ad abolendam, & c. saluberrimū 1. §. 3. de qua Vide V. *Irregularitas n. 25.*

Tertia, diuortium, nam qui publicè damnatus fuit tanquam hæreticus formalis, si deinde reconciliatus, remanet priuatus iure cohabitandi cum coniugē, & debitum petendi, Vide Verbo. *Ingressi Religion. numer. 6. part. 6. tract. 7. resolut. 25.*

Privatur statim bonis.

3 Quarta, publicatio bonorum, quibus priuantur hæretici à die commissi criminis, l. Manic. l. cog. C. de hæ. & alibi, p. 4. t. 7. r. 1. §. Tertia Circa hanc poenam dubium est primò, an hæretici priuentur bonis maioratus? Et dicendum cum Sanctar. *de hæ. c. 18. dub. 2. num. 8.* & aliis

contra Azor. tom. 1. lib. 8. c. 12. quæst. 13. quòd non quando maioratus institutus est non solum ex propriis bonis, sed etiam ex bonis à Rege donatis; nisi in facultate regia institutionis caueatur, quòd trāleat in Fiscum. Sed quid si institutor ipse maioratus sit hæreticus. Còsule Sanchez. *lib. 2. c. 18. p. 4. t. 8. ref. 60.*

4 Secundò dubium est, an hæreticus priuetur bonis fidei commissio subiectis, vel alienari prohibitis? Et dicendum etiam quòd non, si alienatio à testatore prohibita sit in fauorem alterius à delinquente, & quando alienatio perpetua est, & non pro vita tantummodo delinquentis; nisi testator etiam, pro vita delinquentis alienationem prohibuerit. In quo etiam casu hæreticus potest fidei commissum retinere, quousque per sententiam declaretur. Ita Valqu. *in 2. d. 169. c. 4.* Vide utrumque Molina. *Theologum de iust. tom. 3. disp. 657. num. 3.* Iurisconsultum *de primog. lib. 4. c. ult. num. 31.* Sayrus tenet, quòd durante vita possessoris commo ditates fructuum pertineant ad Fiscum, etiam quando est expressa prohibitio alienandi. Sed dicendum cum Menochio, *vol. 1. consil. 9. n. 6.* quòd quando testator utitur verbis significantibus, ut eo ipso delinquens amittat bona cum suis commoditatibus, tunc fructus pertinent ad hæredes vocatos, non ad Fiscum, *par. 4. tract. 8. ref. 60. §. Dico secundò.*

5 Tertiò dubium est, an filius hæreticus priuetur bonis castrensibus. Affirmant Simanca *tit. 9. num. 13.* quia super talibus bonis habet liberam potestatem. Sed æquè probabilis est negatiua sententia Sanctarelli *de hæ. c. 18. dub. 1. num. 1.* qui respondet ad argumentum contrarium, & concludit, peculium Castrensè tribuendum patri. Quòd à fortiore procedit in bonis profectitijs, quæ sunt bona patris, tam quoad proprietatem, quàm quoad vsum fructum, ut patet ex l. si plures §. & in arrògato. ff. de vulg. & pupill. Ita Conarr. *lib. 2. c. 7. num. 7.* Circa bona aduentitia Simanca *tit. 9. num. 18.* vult publicandum etiam vsum fructum; quia vsum fructum in bonis aduentitijs filio-

Fideicommissis.

Castrensibus?

Profectitijs

Aduerſitatis rum pertinet ad patrem ratione potestatis in ipſos, ſi excuſa, ſ. Papiſianus, ff. de minoribus, ſed filius hæreticus non eſt amplius ſub poteſtate patris. At Sanctæſellus ubi ſup. num. 3. & alij volunt vſum fructum reſeruandum eſſe patri, quia iuri patris acquiſitio factum filij præiudicare non poteſt. Notat tamen vſum fructum ex bonis aduerſitatis poſt hæreſim acquiſitis pertinere ad Fiſcū: quia non ſunt acquiſita ſub poteſtate patris part. 4. tractat. 8. reſolutio. 61.

Paraphernalibus vxoris

6 Quartum dubium: An bona paraphernalia vxoris ſcienter cum hæretico contrahentis ſint publicanda? (Nam dotem certum eſt conſiſcari, c. decreuit. de har. in 6.) Et Caſtrus affirmat, tom. 1. tra. 4. diſp. 169. ca. 1. num. 13. Sed quia in cap. decreuit, ſit mentio ſolius dotis, placet negatiua ſententia Sanctæſ. de hæret. c. 19. Auth. 3. num. 4. pœna enim reſtringi debent, vnde nec bona viri cum hæretica contrahentis conſiſcari debent, quia ius citatum loquitur tantum de feminis, Zecchius, tom. 1. tit. de fide, cap. 11. nu. 16, par. 4. tr. 8. reſ. 62.

Etiã hæreſim comiſſam aliena tiſ? 7 Conſiſcantur quoque bona ab hæreticis alienata poſt diem commiſſi criminis; quia ex tunc illorum deſiit eſſe dominus, niſi alienauerit pro rebus neceſſariis, vt aduertit Quemadaqq. fiſc. quaſtio. 7. numer. 6. part. 4. tractat. 8. reſolut. 92.

Bona autẽ hæretici applicantur Fiſco.

8 Poterit bona hæreticorum antiquitus eorum filiis tradebantur, l. Manichaeos, l. cognouim. C. de har. Auth. idem eſt, eod. c. Iuda, l. quaſti. 4. Sed iure nouo applicantur Fiſco. Auth. Gazares. l. vult. C. de bonis præſer. c. vrgentis. C. c. ſecundum leges, de har. in 6. part. 4. tractat. 7. reſol. 1. §. Tertia Et (quidquid ſit de conſuetudinibus aliorum Regnorum) in Hiſpaniarum applicantur Fiſco Inquiſitorum, ſed Regio, quia Rex noſter Inquiſitoribus omnia neceſſaria ſubminiſtrat. Idque etiam in Clericis, quorum bona ex iure canonico deferenda ſunt Fiſco Eccleſiæ, vt probat Couarr. lib. 2. c. 9. num. 12. Reſert, & approbat hanc conſuetudinẽ Torrelblanca de mag. lib. 3. cap. 11. num. 4. part. 4. tractat. 8. reſ. 43. An verò ſubita-

hi debeant dotes, & alimenta filiorum, dicemus num. 32.

9 Item, ſi hæreticus poſt commiſſum crimen bona per contractum oneroſum alienauerit, Fiſcus in reuocacione non tenetur reſtituere pretiũ, etiam ſi talia bona per mille manus tranſerint: quia emptio rei alienæ, etiam bona fide facta, non poteſt præiudicare vero domino, vel habenti hypothecam ad illam rem. Ita Scaccia de iud. lib. 1. cap. 98. num. 13. Aduerte tamen cum Garcia de melior cap. 6. num. 20. quòd ſi quis bona fide fundum ab hæretico, emiſſer, danda ei forent omnia melioramenta ex l. in fundum, ff. de rei vendic. & l. diuortio, §. impendia, ff. de ſol. matrim. ſi verò ſciebat hæreticum, ſolum ei danda melioramenta neceſſaria (de quibus Ruitus lib. 1. conſ. 157. num. 21.) ait Bartolus in l. in fundo num. 21. Aduertit etiam Rojas ſing. 13. n. 3. quòd ſi pretiũ, vel aliquid loco pretij inter bona hæreticorum inueniatur, vel in eius vtilitatem conueſum ſit, emptori reſtituetur, ſum eſt part. 4. tractat. 8. reſol. 92.

Qui, reuocans bona alienata, nõ tenetur ad pretiũ.

10 Sed, an Fiſcus tenetur hæretici Nec hæretici creditoribus ſatiſfacere? Reſpondeo, ſi ei creditori debita contracta ſint ante hæreſim publicatam, teneri. Ita Simancas in 9. num. 35. & patet ex l. non poſſunt ff. de iure fiſc. At, ſi poſt hæreſim ſatiſfacere. ſi in tali caſu non omnia, ſed aliqua hæretici bona conſiſcantur, ſatiſfactio fieri debet pro rata illius partis l. ſin. C. de bit. cum. Nec ſi fiſcus non faciat inuentarium, tenetur ſatiſfacere vltra valorem bonorum conſiſcatorum. Ita Clarus lib. 5. quaſt. 77. num. 30. Si verò debita contracta ſint poſt hæreſim, Fiſcus ad nihil tenebitur. Ipſi verò incumbit probare, debita poſt commiſſam hæreſim contracta eſſe. Et ſtatim, ac obligatio hæretici erga creditores tranſit in Fiſcum, hæreticus illam omnino exiit, nec ſi ad pinguiorem fortunam perueniat, iterum induit. Ita Vaſquez in 1. 2. diſp. 169. cap. 1. num. 10. part. 4. tractat. 8. reſolut. 59. An hæretico poenitenti bona remittantur, dicemus infra.

11 In ordine ad conſiſcationem bonorum faciendã eſt ſequeſtratio in li-tionis cor-mine

pus. & for- ma. mine processus. Quam statuit instru-
ctio Toletana ann. 1561. num. 6. faciendâ
esse in casu hæresis formalis tantum, in
quò nimirum unico casu confiscantur
bona. Et illorum bonorum, quæ inveni-
untur peccatis hæreticis tantum.
Formam sequestrationis hæc ponit
Rojas de har. part. 2. num. 46. quòd scilicet
litatim, ac quis comprehenditur ei-
us bona, ne furtiuntur, vel abscondan-
tur, penes personam idoneam coram
Tabellione, & executori ponantur, quæ
persona illorum curam habeat: quæ ve-
rò seruari non possunt per custodem In-
quisitorum mandato veniuntur. An
sequestratio faciendâ sit contra hære-
ticum absentem, aut defunctum, dicemus
infra num. 23. & 25. p. 4. tr. 8. ref. 85. Hæc
pro quarta hæreticorum poenâ.

Rursus hæ- reitcus sit perpetuo in famis. Quinta poenâ hæreticorû est per-
petua infamia, ex Auth. Gazacos. C. de har.
cap. in famis 36. quasi. 7. cap. infamis. de
regul. iur. cap. excommunicamus 1. de hæret.
Et in habili- tas ad om- nem digni- tatem, & actionem
civilem. cap. 2. §. hæretici, eodem tit. in sexto.
Huic poenæ adnexa est inhabilitas ad
omnẽ honorem, dignitatem, officium, &
actionem civilem, quæ infamis prohibita
sunt in cap. infamis, de reg. iur. in
6. & in l. 1. C. de dignit. & nominatim hæ-
reticis in l. quoniam C. de har. l. si pupilli §.
videamus de negot. gest. c. excommunicamus
1. de hæret. & alibi. poenâ infamix exten-
ditur ad filios, & nepotes hæreticorum
vsque ad secundam generationem, ex l.
quisquis. C. ad leg. Iuliam majest. & aliis.
Vide Couarruiam, var. lib. 2. c. 8 & nos
infra num. 27. part. 4. tract. 7. ref. 1. §.
Quarta.

Et tandem traditur Curia se- culari mor- te. Ultima tandem poenâ est traditio
Curia secularis, seu supplicium mortis,
ex iure civili, l. Manicheos, l. Quicumque,
C. de har. & ex Can. c. ad abolendam, c.
repleti edus sicut ait c. excommunicamus 1. de har. & ali-
bi par. 4. tract. 7. ref. 1. §. Et vsq. Hac au-
tem poenâ plectuntur solùm impæni-
tentes & incorrigibiles, Nam verè pæ-
nitentes, id est qui delictum confitentur,
& dolent, reconciliantur, præmissa ab-
iuratione de formalis, & poenas subeunt
secundum gradum poenitentix. Vnde ait
Rojas de har. par. 2. tract. 7. ref. 24. quòd,
Summa Diana.

qui confitetur in limine iudicij ante ac-
cusationem, condemnandus est ad car-
cerẽ temporalem cum habitu poeniten-
tiali ad breue tempus: qui post accusa-
tioẽ, maiori: qui verò confitetur post te-
stium publicationem, damnandus est ad
perpetuam carcerem; quia præsumitur
confessus metu probationũ. In omnibus
autẽ casibus supradictis bona publicari.
part. 4. tract. 7. ref. 24. nisi quando hæreti-
cus, nullo probationis metu ductus, ad
tribunal accedens, suos confiteretur et-
rõres. Alias, ait Simanca tit. 47. n. 15. In-
quisitores non posse illa poenitentibus in-
damnum Fisci remittere, qui in illa ius
acquisiuit. Aliter tamen in Italia ex ve-
tustissima consuetudine practicari. part.
4. tr. 8. ref. 44. Certè, si Inquisitores o-
mittant damnare hæreticum, non pro-
pterea tenentur restituere Fisco valore
bonorum iuxta dicenda V. Poenâ num. 2.
Ita Moura defensal. sect. 3. cit. 1. nu. 35. part.
4. tract. 8. resolut. 108.

14 Poenâ autem perpetui carceris reo
poenitenti statuitur in c. excommunica-
mus 2. de har. & in instruct. Tolet. an. 1562
cap. 41. Sed Inquisitores ex iusta causa
possunt illam mitigare. Sicut in Inqui-
sit. Romana commutata fuit in poenam
triremii triennalem; quod etiam in
Hispanica testatur seruari Rojas ubi sub
n. 203. Possuntque commutare in carce-
rem ad tempus, vel aliã extraordinariam
poenam cap. vt commissi de har. in 6. & In-
struct. Hisp. an. 1484. §. 11. quare cû no-
bilibus, qui nec possunt, nec debent ad
triremes damnari, commutabunt in exi-
lium, deportationem, detractionem in mo-
nasterium, vel aliam temporaneã poenã,
pensata eorum qualitate, delicti atroci-
tate, &c. Vide Decianũ lib. 5. c. 34. nu. 45.
Quæ omnia locum habent ante senten-
tiam; nam post illam in Hispania solus
supremus Inquisitor talem poenã relaxa-
re potest, vt dicemus V. Inquisitorum, nu-
20. practic. 4. tract. 7. resolut. 24.

15 Aduerte hic cum Sanstarello de
har. cit. 42. dub. vn. nu. 5. stante Bulla
Clement. VIII. in aliquib. casib. vt in ce-
lebratione, aut confessione audita à non
presbytero, in negatione Trinitatis, di-
nigita-

reconcilia- tur.

Et minori poenâ. Vt carceris perpetui.

Quarta mitigari potest.

Non tamõ omnis recõ- ciliatus.

D d d

nigita-

uinitatis Christi, & conceptionis eiusdem à Spiritu sancto, aut eiusdem in nostram redemptionem interitus, aut Virginitatis Deiparæ: item in schismate aut hæresu magistratum seu dominorum temporalium, & spiritualium, etiam veros poenitentes nõ reconciliari. Sed primus casus qui non est hæresis formalis, in Hispania non est in vlu, & secundũ Soulsam, nullus est vsu receptus in Lusitania, *part. 4. tr. 7. ref. 24. §. Notand.*

Præsertim hæresiar-cha Principibus hæresim propinantes. 16 Hæresiar-cha, seu dogmatistam signa poenitentia exhibentem, Cõte-*ra. c. 1. num. 70. ex c. ad abolendam, & c. Berengarii, inquit non debere relaxari. Roias de hæ. part. 2. num. 339. debere. Sed Lorca in 2. 2. quæst. 11. art. 4. disp. 47. mem. 5. num. 7. Inquisitorum arbitrio remittit, Qui in hoc sit multum cauti, & si Regibus & Principibus, aut eorũ filius errorores propinare tentauerint, aut poenitentiam in ipso tabulare ostendant, non admittant. Alios verò, si quando admittunt, grauioribus poenis afficiant, præcipuè carcere irremissibili, Puto tamen eum Barbofa 10 m. 13. lib. 5. tit. 2. cap. 5. nu. 5. contra Cantem ubi sup. n. 11. huiusmodi hæreticis poenitentibus non esse denegandam Eucharistiam p. 4. tr. 7. ref. 23.*

Quid, si de listum cõ- fitetur in tortura. & postea rã- viscati. 17 Sedan, qui delictum in tortura confitetur, & postea ratificat, reconciliari debeat: Negatiuè decreuerat Instru. *Hispal. an. 1484. num. 15. Sed reuocata meritò fuit per Tolet. an. 1561. num. 13. Nam confessio sponte ratificata spontanea est. Ita Simanca tit. 58. nu. 4. contra Syl. cons. 89 part. 4. tr. 7. ref. 24. §. Non desinam. Sed quid, si confessionem reuocet? Vide V. Inquisitorum, num. 179.*

Quid, si poeniteat in ipso tabulato. 18 Quid, si hæreticum poeniteat in ipso tabulato? Instructio Toletana n. 64. raro, & cum magna cautela reconciliandum, inquit, & Pegna, *part. 3. com. 175. iustissimum esse, quod postquam reus è carceribus ductus est, atenta ipsius perfidia, & sera poenitentia, non detur locus misericordia, præsertim cum in eius conuersione sit tam diu laboratũ; tutius tamen esse, misericordiam in ipso quoque tabulato exercere. Vide Decian. lib. 5. c. 39. n. 3. p. 4. tr. 7. ref. 24. §. Sed restat.*

19 Verum, si in hoc casu hæreticus ad reconciliationem admittitur, perpetuo immutari debet, & si est in aliquo Ordine, degradari, de iure quidem realiter, sed ex consuetudine satis est personalis. Diligentias ab Inquisitoribus adhibendas pro conuersione reorum iuxta Instruct. Tolet. n. 43. tradit Campegius in *annot. ad Zan. de hæ. c. 16 part. 4. tract. 7. ref. 25. Si verò reus conuertatur post sententiam latam & publicatam, raro, præsertim si curia seculari sit traditus reconciliari debere notat Soula aph. lib. 2. cit. 34. numer. 8. particul. 4. tract. 7. ref. 24. §. Non desinam.*

20 Porro morte plectendus est hæreticus impoenitens, etiam si talis fictione iuris, vt effectus in casu, quo legitimis testibus conuictus de hæresi, illam negaret, quia, qui nõ agnoscit peccatũ suũ, non meretur remissionem, & potius testibus, qui in hoc tribunali diligentissimè examinantur, deq; eorũ vita qualitate, & motiuo strictim inquirunt credendũ sit, quam ipsi reo in facto proprio, Ita contra Boerium, *dec. 341. nu. 4. docet Lorca in 2. 2. disp. 147. n. 20. & obseruat praxis omnium Inquisitorum. Limitandum est tamen in calu quo præsumeretur obliuio, quam Pegna part. 2. com. 59. putat non præsumi arduis, atrocibus & horrendis, etiam ante longum tempus commissis, nec in solitis & consuetis, quæ delinquentes semper comitantur: in reliquis regulariter præsumi post decennium, part. 4. tr. 7. ref. 25. à fine §. 1.*

21 Et hæc omnia procedunt etiam in confitente diminuto, qui secundũ Cantem *num. 57. non debet relaxari, nisi diminutiones sint multum claræ & constet procedere ex malitia, & requiri etiam consultationem supremi Inquisitoris. Excusari enim potest ex obliuione, vt diximus de negatiuo, & torqueri. Præsumitur autè oblitus, quando tacer complices remotos, & cum quibus raro conuersatus est: præsertim si confiteatur de consanguineis, & propinquis. Item si confiteatur errorem, & circumstantias principales, & taceat minores. Sic Soula lib. 4. c. 28. n. 11. & secundum Roias *pa. 2. num.**

Auc dimi- nutus. Nisi vult- que excu- sit obliuio.

forum, in aliquo casu atroci in poenam talionis combustorum, vt docet Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. c. 27. n. 23. par. 4. tract. 7. ref. 16. §. Notandum. Nec hæreticorum filii, quamuis post hæresim parentum nati, qui parentum hæresim spontè reuelant. Ita Pegna, par. 2. com. 23. ex cap. vt Inquisitionis, de her. Quod à fortiori procedit, si parentes, non tamen quam hæretici, sed tamquam suspecti de hæresi damnati sint. Ita Zanchinus de her. cap. 28. n. 3. par. 4. tr. 8. ref. 75. §. Notandum.

Filii hæreticorum non tenentur Inquisitiones dare de her. et ali. bona de bonis conseruari.

31. Hæreticorum filii non tenentur Inquisitiones de bonis confiscatis præbere dotes, & alimenta; nam si parentes bona omnia hypothecare, & creditores omnia quandoque bona, non deductis alimentis, aut dotibus usurpare possunt quidni fieri poterit in delicto ob bonum commune; vt scilicet patres à tam noxiò crimine ob filiorum saltem amorem abstineant? Ita Sanchez, ubi sup. c. 16. num. 2. contra Surdum cons. 388. num. 8. Præcipit tamen Instru. Hisp. apud Quemad. qq. Fidei quæst. 4. num. 11. dictos orphanos minores honestis personis alendos simul, & instruendos commendari; & Pegna com. 9. tenem vi. Item de bonis confiscatis ministrari eis debere inquit, si aduersa valitudine, aut insufficiente aetate laborantes, laborare non possint. Sed hoc ex mera misericordia, par. 4. tr. 8. ref. 45.

Filii hæreticorum non sunt in hoc casu irregulares.

33. Filii hæreticorum, si patres incomburendo dederunt signa contritionis, non sunt irregulares, sic etiam si nati fuerunt tempore quo patres erant Catholici, aut fautores, vel receptores, non sunt irregulares. Hurradus, & alii, part. 10. tr. 11. ref. 23.

In Bulla Cœna excommunicantur legentes & retinentes libros hæreticorum.

HÆRETICORVM.
33. **L**ibros hæreticorum legentes, retinentes, impotentes, vendentes, &c. excommunicantur in primo canone Bullæ Cœnæ, & subdantur, iurisdictioni Inquisitionum tamquam suspecti de hæresi, vt dicemus, Etiam absque censuram incurteret, etiam qui legeret absque periculo peruersionis, quia le-ctio huiusmodi ab Ecclesia non solum prohibetur ad vitandum peruersionis periculum, sed etiam ad mortificandos hæreticos, privando illos eò honore, vt hæresim eorum opera doctorum virorum manibus contrectentur. Sic Sanctarell. de her. cap. 14. dub. vni. num. 4. par. 6. tract. 6. resolut. 49. Illud magis confirmatur quia licet aliquis in individuo ita fundatus sit, ut lapsum sibi non timeat electione; quod tamen opinari de se præsumptuosum est indefinite tamen legentibus periculum imminet, cuius intuitu Ecclesia generaliter omnibus hos libros prohibuit contra Caramuel, qui mate pacificum totius Theologie moralis turbavit. Vide Bullam Pii IV. quæ incipit: dominici gregis p. 11. ref. 1. tractat. 1. Item qui legeret librum hæretici tractantem ex professo de Religione, licet nullam hæresim contineat (aut vnam hæresim continentem, & de Religione non tractantem, vt Sanchez in sum. Et idem tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 34, quamuis contrarium probabiliter doceat Filiucci solus tom. 2. tractat. 2. cap. 7. n. 104. part. 1. tr. 11. ref. 21.) quia Bulla loquitur de Religione tractantem, aut hæresim continentem. Sanchez num. 33. contra Croulers in Reg. S. Franc. cap. 7. lect. 5. (& contra utrumque incurteret censuram, qui legeret epistolam hæreticalem. Mercaur. in 3. part. lib. 3. cap. 1. num. 55. part. 2. tr. 1. ref. 34.) Contra quem etiam adverte, quod non potest quis privata auctoritate legere librum hæretici, vnum, vel alterum errorem in illo contentum expungens, sed error deleri debet auctoritate publica. Fagundes in det. tom. 1. lib. 1. c. 14. p. 6. tr. 6. ref. 55.

quam suspecti de hæresi, vt dicemus, Etiam absque censuram incurteret, etiam qui legeret absque periculo peruersionis, quia le-ctio huiusmodi ab Ecclesia non solum prohibetur ad vitandum peruersionis periculum, sed etiam ad mortificandos hæreticos, privando illos eò honore, vt hæresim eorum opera doctorum virorum manibus contrectentur. Sic Sanctarell. de her. cap. 14. dub. vni. num. 4. par. 6. tract. 6. resolut. 49. Illud magis confirmatur quia licet aliquis in individuo ita fundatus sit, ut lapsum sibi non timeat electione; quod tamen opinari de se præsumptuosum est indefinite tamen legentibus periculum imminet, cuius intuitu Ecclesia generaliter omnibus hos libros prohibuit contra Caramuel, qui mate pacificum totius Theologie moralis turbavit. Vide Bullam Pii IV. quæ incipit: dominici gregis p. 11. ref. 1. tractat. 1. Item qui legeret librum hæretici tractantem ex professo de Religione, licet nullam hæresim contineat (aut vnam hæresim continentem, & de Religione non tractantem, vt Sanchez in sum. Et idem tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 34, quamuis contrarium probabiliter doceat Filiucci solus tom. 2. tractat. 2. cap. 7. n. 104. part. 1. tr. 11. ref. 21.) quia Bulla loquitur de Religione tractantem, aut hæresim continentem. Sanchez num. 33. contra Croulers in Reg. S. Franc. cap. 7. lect. 5. (& contra utrumque incurteret censuram, qui legeret epistolam hæreticalem. Mercaur. in 3. part. lib. 3. cap. 1. num. 55. part. 2. tr. 1. ref. 34.) Contra quem etiam adverte, quod non potest quis privata auctoritate legere librum hæretici, vnum, vel alterum errorem in illo contentum expungens, sed error deleri debet auctoritate publica. Fagundes in det. tom. 1. lib. 1. c. 14. p. 6. tr. 6. ref. 55.

34. Si liber sit auctoris Catholici, cū sit auctoris tamen vel commentatiis magis alicuius hæretici, secundum Suarez, de fide disput. 2. c. sect. 2. num. 13. prohibetur, secundum Sanchez, num. 25; non prohibetur, quia semper dicitur liber Auctoris Catholici. Mendoza distinguit

Quid, si liber sit auctoris Catholici, cū sit auctoris tamen vel commentatiis magis alicuius hæretici, secundum Suarez, de fide disput. 2. c. sect. 2. num. 13. prohibetur, secundum Sanchez, num. 25; non prohibetur, quia semper dicitur liber Auctoris Catholici. Mendoza distinguit



aut scholia, sive magna, sive parua, sic textus explanationi addita sunt, ut ab eo commodè seungi non possint, ut se habent in D. Thom. commentaria Caietani, aut commodè seungi possunt, ut se habent in eundem Commentaria Suarez: & in primo casu non prohiberi inquit, in secundo prohiberi; quia primus liber retinet nomen auctoris Catholici, ut in exemplo Caietani, in secundo accipit nomen commentatoris hæretici, ut in exemplo Suarez. Sic ille in 2. 2. disput. 76. sect. 8. §. 303. part. 5. tr. 13. ref. 18. & negando olim cum Sanchez part. 1. tr. 11. resol. 32. &

Quid si quis legat per alium?

35 Incurrit hæc censura, legens librum hæreticalem per alium: censetur enim legere per seipsum. Alterius tom. 1. disp. 2. lib. 5. cap. 6. sed Protell. verb. libri prohibiti in add. num. 1. negat; quia censura lata contra facientes, non ligat mandantes, part. 1. tractat. 11. resol. 10. no. 33.

Vel ab alio impulsus?

37 Famulus verò impulsus à domino ad legendum librum hæreticalem in contemptum fidei, peccat mortaliter legendo, & secundum Bonacinam de cens. disput. 2. quest. 5. punct. 4. n. 11. incurreret censuram: ac secundum Duard. in can. 1. quest. 48. num. 15. non ita. *Ibid.* in fine.

Aut legat, & non intelligat?

37 Idiota legens librum hæreticalem latinum, quem non intelligit, secundum Megalam in 3. lib. 3. cap. 1. nu. 45. incurrit, quia Bulla non spectat finem, sed factum. At coneraria sententia Sanchez num. 51. est probabilissima, quia nulla ratio suadere potuit Ecclesiæ prohibitionem lectionis solum materialis, part. 1. tract. 11. ref. 36.

Vel legat in Anglia, & similibus locis?

38 Quæres primò, An legens libros hæreticorum in provinciis, in quibus Bulla Cœna non est recepta, ut in Anglia, Gallia, Germania, incurrit excommunicationem? Respondeo: Megala nu. 60. affirmat. Sanchez n. 4. negat. p. 1. tr. 11. resol. 35.

An in lectione, & retentione libri hæretici?

39 Quæres secundò: An in lectione & retentione librorum hæreticorum detur paruitas materiz? Quoad lectionem Toletus lib. 1. cap. 19. num. 9. negat:

quia potest quis in vna linea hæresim ticalis de-haurire, Sanchez num. 31. affirmat, & dicit esse integram paginam. Et Croufers in reg. S. Francisci cap. 7. lect. 5. tantam libri partem, quæ per se sumpta, verè censori possit nomine libri. Sed hæc opinio reici debet, part. 6. tr. 6. resol. 55. §. Notandum. & sententia Sanch. est parum probabilis, & si idem docens, expurgatus fuit. Dico igitur cum Mendoza de fide disputat. 76. sect. 5. §. 12. dari, & esse duas, vel tres lineas. Etiam si in illis continetur hæresis, ob quam liber prohibetur, (dicunt aliqui apud Merollam tom. 1. disp. 1. cap. 2. coroll. 7. diff. 3. num. 3. 4. contra Duard. quest. 46. num. 4.) quia nõ statim, ac quis propositionem hæreticalem legit, exponit se periculo imbibendi hæresim, nisi etiam fundamenta, & rationes percurret, part. 5. tr. 5. ref. 42. & exp. olim part. 1. tr. 11. resol. 30. Quoad retentionem etiam respondeo cum Sanchez num. 55. affirmativè, & moram leuem esse duorum dierum: quod procedit contra Suarez num. 22. etiam si interior animus ex determinatione diutius retinendi fuisset mortalis quia ad incurrendam censuram requiritur opus externum in se mortale. Ita Palau tom. 2. tr. 4. disput. 2. punct. 10. §. 2. num. 11. part. 5. tract. 5. ref. 43. & olim obiter p. 1. tr. 11. resol. 30. §. Notandum est.

40 Quæres tertio: An habeas librum hæreticalem, possit illum comburere, an omninò reatet Inquisitori deferret? Suarez num. 13. & DD. communiter dicunt teneri omninò deferre Inquisitoribus, si deferenti aliquod periculum non imminet, & contra non deferentem procedi posse tanquam contra hæreticum. Sed Filliuc. tom. 2. tract. 2. 2. cap. 7. num. 108. excusat librum prohibitum comburentem, vel dantem alteri, qui habet facultatem legendi, quam opinionem non improbat Bonacina. Et quidquid sit de peccato, certum est, comburentem non incurrere censuram. Ita Portell. num. 13. part. 1. tractat. 11. ref. 37. & recitativè postea, part. 4. tr. 8. ref. 99. §. Notandum est.

41 Quæres quarto: An aliqui præ-

Et quantum illa sit?

Et an quis possit illum comburere.

ter Papam libros hæreticorum legere, & dare aliis licentiam possint legendi? Respondeo, dubium procedere de Cardinalibus, Episcopis, Inquisitoribus, & Generalibus Ordinum. Et

Libros hæreticorum legere, & dare licentiam aliis legendi potest Papa. Et S. Congregat. S. Officii talem.
42 Quoad Cardinales, Merolla ubi supra diff. 11. num. 147 tenet, eos non posse legere, & hanc sententiam esse probabiliorē. Unde videtur contrariam iudicare probabilem, *part. 5. tract. 2. resol. 16. §.* Nota tamen, circa medium. Et ex quo sequitur primò, Cardinales seorsim non posse facultatem legendi, & retinendi libros hæreticorum concedere. Nam hoc est plus. Concedere tamen potest Sacra Congregatio S. Officii, *part. 4. tr. 4. res. 46. in fine.*

Minimè verò Episcopi.
43 Sequitur secundò, Episcopos nec ipsos legere, nec aliis legendi licentiam concedere posse, & Cantora *qq. crim. c. 1. de her. n. 64.* putat, Episcopum legentem ab Inquisitoribus anathematizari posse, & id practicum esse per Inquisitorem Conquentem. Sed ego in hoc casu confulerem in Italia summum Pontificem, & in Hispania supremum Inquisitorem, *part. 4. tr. 8. res. 46. §.* Notandum est.

Inquisitores.
44 Sequitur tertio, hanc facultatem non habere Inquisitores D. namque Urban. VIII. in decreto, quod incipit *Apostolatus*, hanc facultatem penes solam Congregationem S. Officii reservavit. Ante hoc decretum Farinacius *de her. quæst. 180. n. 43.* cum aliis tenebant, Inquisitores & legere posse, & dare aliis licentiam legendi, quæ opinio procedere solum poterat de Inquisitore generali, non de aliis, stante Bulla Pauli V. posita in initio indicis expurgatorii. *part. 4. tract. 8. res. 46. & ex parte in res. 99.* Possunt nihilominus Inquisitores concedere licentiam legendi libros ab ipsis prohibitos. Quam licentiam qui haberet in Sicilia, non posset exercere in alio Regno, ut docet Portell. *verb. Libri prohibiti. n. 4.* Quamquam, quia talis licentia est gratiosa, & procedit ex facultate voluntaria, quæ exerceri potest extra territorium, contra sententiam Navarri *tom. 2. tit. de pris. conf. 6.* sit probabilis. *part. 4. tr. 8. res. 100.*

45 Tandem, hanc facultatem non habent Generales Ordinum ex privilegio Societatis: tum quia Societas huic privilegio in Congregatione Sancta renunciavit, tum etiam, quia D. N. in cit. decreto revocat omnes tales facultates concessas per litteras Apostolicas: aut aliter quomodocumque, *part. 4. tract. 8. res. 99.* Et hanc sententiam securiorem esse & consulendam ait Lezaba in *Compend. cap. 18. n. 46.* Sed Peytinus in *dictam consuetud. Pauli V. n. 10.* existimat non revocari, quia Pontifex loquitur tantum de licentiis concessis personis particularibus, non de privilegiis Regularium. Quæ opinio si vera esset, hanc facultatem exercere etiam possent Inquisitores, qui ad hoc habebant privilegium non personæ, sed dignitati concessum. *part. 5. tractat. 13. resol. 49.*

Vide verb. *Excommunicatio Bulla Cane*, ubi multa.

H A E R E S.

Quinam hæres institui possit, vel debeat, vide verb. *Testamentum. Tenetur* et Circa obligationem solvenda legata, *ficere inventarium. Legatum.*

1. Hæres in adeunda hæreditate tenetur efficere inventarium, sub pœna solvendi debita, & legata testatoris, etiam si vires hæreditatis excedant, cap. *Reynald. de test. c. l. fin. C. liberz.* Sed hoc procedit in foro externo, in quo per hoc præsumitur, vel hæreditatem fraudare, vel cum creditoribus, & legatariis contrahere iuxta l. *apud Iulian. §. fin. ff. ad Trebell.* non in interno, in quo creditur pœnitenti, si absit fraus, &c. Valerius *verb. hæreditas diff. 2. n. 3. part. 1. tract. 20. resol. 27. §. Cum igitur, & part. 3. tract. 5. res. 56. §. Et eadem.*

2. Porro hæres antefertur omnibus creditoribus circa expensas funeris defuncti. Vide *Mollet. tom. 2. tractat. 13. fertur omnibus cre-* *cap. 8. numero 43. & nos verb. Debitor. n. 9. part. 5. tractat. 3. resol. 116.* In bonis au-

scm

*In primo-
genitus,
vel uxor
non tenen-
tur soluere
debita pa-
tris, & ma-
iorem bo-
nis maio-
ratus, vel
dotis.
Etiam si in
ipforum be-
neficium
conuersa
fuerint.*

tem maioratus vel aliter viaculatis, se-
cundum Egundez. in dec. tom. 1. lib. 4.
cap. 2. num. 36. & cap. 9. num. 10. succedit
cum onere soluendi debita patris con-
tracta ad familiam sustentandam, siue
maioratus per certiam personam ad il-
lum perveniat siue à parentibus institu-
tus sit ante, vel post debita contracta:
nam ea debita conuersa fuerunt in utili-
tatem filii primogeniti: si enim pater
non invenisset illa credita, oportuisset
bona vinculata magis ac magis oppri-
norare in damnum ipsius primogeniti,
qui cum illa bona accipiat ex causa lu-
crativa in eum creditoribus compèrit
actio l. his filii ff. de cond. indeb. ex gloss.
ibi verb. proficit. Accidit, quòd filii di-
vites tenentur alere patrem pauperem
cum tota familia: ergo primogeniti di-
vites ex bonis maioratus tenentur sol-
vere debita contracta à patre, ad ipsos,
& familiam sustentandam. Dicendum
tamen, nec primogenitum de bonis ma-
ioratus, nec uxorem de suis bonis do-
talibus teneri soluere debita patris, &
vili, pro ipsorum sustentatione con-
trahis. Nam nec ipsi acceperunt à credi-
toribus pecunias, nec alter nomine ip-
sorum accepit. Et stiam ac pater, & vir
mutuum accepit, factus est pecunie
dominus, unde familia accipit ab illo
tanquam à vero domino, ac proinde nõ
tenetur restituere. Præsertim, quòd
actio mutui est personalis, & non tran-
sit ad eos, ad quos mutui beneficium
pervenit, l. item cui 13. C. de action. & obli-
gat. unde nec sunt obnoxia restitutioni
localia, & vestes, quæ maritus mutua-
pecunia emit, & uxori tradidit, quam-
vis adhuc extant: quia nimirum actio
mutuantis non est ad rem mutuo emp-
tam, sed tantum ad personam mutuatam.
Et ita hanc sententiam docet San-
chez de matrimen. lib. 9. disputat. 4. nu. 28.
& 29. & alii. Aliqui tamen dicunt,
successorem in maioratu teneri soluere
debita contracta ab illo, qui maiora-
tus an pos- tum instituit, ante institutionem, quia
si de hare- illa bona erant debitis hypothecata, &
disate dis- alioqui posset quis maioratum instituere
poneret re in fraudem creditorum. pars. 6. tractat.

7. resolutione 20. Advertè hic, quòd in
dubio, an fideicomissum expiret, an hæ-
reditas ad alios transmitti debeat, po-
test hæres ultimus vocatus de hæredi-
tate disponere, secundum Homobon.
volum. 2. part. 2. respect. 26. quia in dubiis
melior est conditio possidentis, part. 3.
tractat. 4. resolutione 73. Hæredes occiso-
res damnati ad mortem ad nullam re-
stitutionem tenentur. Vide verb. Resti-
tuere, in. 47.

3 Hæres institutus ab aliquo, ut re-
stituat hæreditatem postea filio spurcio,
potest sibi retinere, & non restituere,
cum spurcius sit incapax hæreditatis
Martin. de S. Ioseph. tenetur tamen a-
lere filios, & dotare filios obligatione
paterna, quamvis sit spurcius. Valqu. &
non peccant parentes similes hæredes
instituire. Molin. Potest tamen con-
stituire hæredem maritum filia spu-
ria, & uxorem filii spurcii, S. Ioseph. sic
etiam pater si sit Sacerdos potest dotare
filiam loco alimentorum, Card. de Lugo
& alii. part. 10. tract. 18. ref. 19.

*Hæres po-
test sibi hoc
modo insti-
tutus reti-
nere hæ-
ditatem,
& alere,
& dotare
filios spu-
rios, etiã si
pater sit
Sacerdos.
Potest in-
stitui ma-
ritus, &
uxor filio-
rum spu-
riorum.*

HOMICIDIVM.

Vide etiam occidere inuasorem.

1 Filius potest occidere patrem,
quando ab ipso ultra metam à
legibus præscriptam male tractatus est,
cum moderamine inculpate tutele.
Gasp. Hurtad. part. 8. tr. 7. ref. 41.

*Licet occi-
dere patrem
cum mode-
ramine,
&c.*

2 Filius potest occidere patrem ban-
nitum, quando ab eo nocivus Reipu-
blicæ, ut alio modo eam liberare non
possit, nisi manu propria eam occidat,
in alio casu non potest. Hurtad. ibid.
refol. 42.

*Etiam bñ-
nitium.*

3 Speculativè loquendo, non præ-
sunt, qui sine causa, & iniuste in carce-
rem est coniectus (non autem qui fini-
git) & evidens periculum vitæ evadere
non possit, custo des licitè occidere po-
test, maximè si scit illum iniuste detine-
ri & mortem illi parati. Obrechtus. I-
dem dicendum est de satellitibus scien-
tibus

*Speculati-
vè loquen-
do.*

*In dubio,
an fidei-
commissum
aspiret hæ-
res ulsi-
mus voca-
tus an pos-
sit de hare-
ditate dis-
ponere.*

ribus se innocentem capere, vt iniuste occidatur. Dicat. cum moderamine inculpatæ tutelæ. Potest præveniendò occidere parentem vel per se, vel per factum aliquem occidere. Bann. qui ait etiam posse occidi paratum aliquem occidere facere per iudicem falsis testibus, vel falsa accusatione, quando verò per aliam viam illam mortem evitare non possit. Hurtad. *ibid.* ref. 43. *Cap. p. tr. 9. ref. 43. §. Sed s.*

Lictores nō possunt occidere reum à iudice ordinatum ad capiendū.

4 Lictores non possunt occidere reū ordinatum à iudice, vt capiat, quando se defendit iisdem armis, nisi cum seqq. limitationibus, aliter graviter sint puniendi. vt habeant certum, & speciale mandatum capiendi à iudice. 2. Si arma, ta manū resistat, non autem si se defendit, & facile arma deponiturus. 3. vt delictum plectendum sit capite. 4. vt alio modo reus capi non possit. 5. Si sint metuenda ab evadente gravi ora mala. 6. vt capiendus sufficienter sit de crimine diffamatus. Clar. *ibid.* ref. 12.

Exceptis infra dictis Possunt occidere vim repellendo.

5 Quamquam alii (Christianè loquendo) affirmant, tamen exceptis Clericis, Religiosis, Advocatis, Medicis, Regiis consiliariis, & litteris incumbentibus, & non armis, non autem milites, vasalli Domini sequentes, & Nobiles cū aliquo suo dedecore aggressorem fugere, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ tenentur eum, vim vi repellendo occidere. DD. *ibid.* ref. 45.

Licet occidere furem non obediētem monitionibus.

6 Licet occidere furem, si fugiat cum tuo equo, telo, vel aliis armis, si admonitus non desistat. Card. de Lugo, immò licet occidere furem magni momenti re furantem, quando eam nititur furari, & quando actu furatur, sed quando etiam te accepta fugit, sed amplius, cum iam quiete habet rem illam in domo sua, & Dominus alio iusto modo habere nō potest. Vasq. non autem quando res nō est in potestate furis. Hurtado, *ib.* re. 47.

Et aliqua notanda.

7 Et si speculativè probabile est contumeliosum occidere licitum esse in ipso congressu contumelioso docet Hurtad. tamen practice contrarium tenendum, & consiliendum est, *ibid.* resolut. 51.

Summa Diana.

8 De eo, qui falsis testibus conatur aliquem occidere V. ref. 42. tamē si quis falsis calumniis vellet apud consanguineum te infamare, ne tibi hære diratem relinquat, cum tuo magno, & domus damno, licet eum occidere, sed in praxi contrarium potest hoc occidere. Card. de Lugo. Licet occidere eum qui parus est iniuste evadere, etiam si esset via evadendi relinquendo patriam. Hurtad. *ibid.* tract. 7. ref. 52.

Contrariū tenendum est.

9 Non potest occidi maga, seu malefica, potest tamen verberari, & tormentis extorqueri, vt cesset à maleficiis faciendis, & hoc non solum à iudice, verum à læso. Les. *ibid.* ref. 53.

Maga potest verberari, non autem occidi.

HORAE CANONICAE,

Quid & à quibus recitanda.

Vide verb. Beneficium, Clericus, Religiosi.

1 **H**oræ canonicæ, seu divinum officium, definitur à Tolero, Laus Dei voce expressa per Ecclesiæ institutionem determinata. Sunt autem Horæ Canonicæ septem, ad septē principaliora Passionis mysteria significanda, & continentur his versibus.

Horas Canonicas recitare tenentur.

Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,
Prima replet sputis, dat causam Tertia mortis:
Sexta Cruci nectit, latus eius Nona bipertit.
Vespera deponit, iunulo Completa reponit.

2 Horas Canonicas recitare tenentur Clerici, Beneficiati, Regul. & Moniales.

Clericis Sacris.

3 Clerici non omnes tenentur, sed in Sacris constituti. Et hi quamvis beneficium non habeant. c. dolentes de celeb. Miss. 7.

Sed quo die promoventur non tenentur ad omnes.

4 Quo die quis Subdiaconus ordinatur, non tenetur ad totum officium illius diei, sed solum ad Horas, quæ post mortem recitandæ supersunt. Ita Pal. tract. 2. disp. 2. punct. 4. n. 3. Imò Bonart. 1. 2.

Quid si recitassent omnes anticipatè

Ecc 6. 39.

c. 39. num. 11. putat, teneri solum ad Vesp. & Complet. quia Ecclesia non intendit obligare clericos ad parvas Horas à primo die promotionis. Sed quid, si quis ante promotionem totum diei officium recitasset? Adhuc ad Vesperas &c. teneri, ait Bonacina tract. 2. de hor. can. disp. 1. quæst. 2. part. 5. n. 11. quia quando recitavit non tenebatur, & ideo non satisfecit Praefectum, quod non recitavit nomine Ecclesiae, à qua nondum deputatus erat tamquam minister. Sed contrariam sententiam tamquam probabilem admittit Trull. in dec. tom. 1. lib. 1. c. 7. dub. 13. n. 3. quia potuit solvere anticipatè facit pro hac opinione illorum sententia, qui dicunt, quod qui mane communicavit, & in eadem die incidit in periculum mortis, non tenetur iterum communicare. Quæ doctrina procedit etiam pro die professionis Religiosorum, p. 6. tr. 7. ref. 38. & olim, p. 4. tr. 4. ref. 218.

Et quid de
Psalms in
iunctis ab
Episcopo in
ordinatione?

5 Episcopus non potest iniungere Clericis à se ordinatis recitationem quotidianam perpetuam. Ita Villal. 10. 1. tract. 2. dub. 7. num. 4. contra Bonac. de Hor. Can. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. n. 2. par. 2. tract. 11. ref. 20. & vnde. Et probabile est, nolle illos obligare ad Psalmos, quos semel recitandos iniungit, sub gravi culpa, sed tantum ex decencia, & honestate, vt docet Palaus punct. 1. §. 1. numero 5. Vnde omittentes peccare tantum venialiter, vt ex Azorio. & alius docet Homob. vol. 2. part. 1. ref. 210. contra Villal. ubi sup. ref. 20. cit. & p. 4. tr. 4. ref. 218. §. Nota etiam.

Item beneficiati.

Post pacificam beneficium possessionem.

Etiam si beneficium sit tenue, secundum aliquos.

6 Beneficiati tenentur ad diuinum Officium, etiam si in sacris non sint. d. 42. can. fin. Non quidem statim post collationem, sed post possessionem pacificam beneficium, nam sicut ante illam exercere non possint illius iura, ita nec teneri debent ad onera. Sic Lesius, lib. 2. cap. 34. dub. 30. num. 67. contra Garciam tom. 1. par. 3. cap. 1. n. 92. part. 2. tr. 12. ref. 21.

7 Nota hic quod Ricc. part. 2. resol. 406. & Palaus ubi sup. §. 2. num. 9. cum communiori docent beneficium ad Officium onus teneri, sive beneficium sit

pingue, sive tenue, quia si sponte præiudicat qui se promoveri permittit ad tenue beneficium, sicut ob similem rationem, vxorem ducens cum parua dote tenetur illam alere. Vnde in C. decorat. qua. 7. c. Cler. in vitium, dist. 91. præcipitur vt Clericus, qui victum ex fructibus beneficium sufficientem non habet suis adiuvec laboribus, & artificio. sine tamen officii detrimento, & Conc. Later. sess. 19. can. 9. imponit pœnam restitutionis fructuum omittentibus Horas, absque distinctione beneficij pinguis, & tenuis. Adde quod beneficiarius non solum fructibus, sed etiam privilegijs gaudet beneficij. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam Soti lib. 10. quæst. 6. art. 3. aliorumque doctissimorum virorum sequentem non damnarem: iuratur enim auctoritati Apostoli 1. Corinth. 4. Qui altari seruit, de altari viuere debet. Nam qui parum habet ab Ecclesia, non potest dici viuere de altari, quia parum pro nihilo reputatur. Et confirmatur primò, quia in iure beneficium tenue reputatur pro non beneficio, vt colligitur ex c. is, cui, de prob. in 6. Confirmatur secundò, quia habens plura, eaque pingua, & ampla beneficia, non nisi semel in die Officium recitare tenetur; vnde non videtur rationabile, quod habens quatuor, vel sex aureos beneficij, idem onus sustineat. part. 2. tract. 12. resol. 9. part. 4. tract. 4. resol. 146. in fine; & part. 5. tract. 3. resol. 21. Ex quibus Lesius lib. 2. cap. 34. dub. 31. num. 109. cum Mollesio tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 29. dicunt, habentem beneficium tenue, teneri ad Horas Canonicas solum in festis, & Dominicis. Quod ego cum Maldero in 2. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 3. procedere existimo non de iure Ecclesiastico, sed tantum naturali, & compensari posse alijs orationibus, vel Dei cultu: nec obligacionem ad restituendum ad nexam habere. p. 2. tr. 12. ref. 9. in fine.

8 Porro non conveniunt DD. in determinanda quantitate beneficij teneri, quod diximus ad Horas non obligare. Nam Sotus ubi sup. ait esse octo nisi beneficij aureorum, Lesius ubi sup. quod non cum sit 10 per aureorum.

Sed contrarium probabile.

Et aliqui ter voluit non teneri nisi beneficij aureorum.

pertingit ad sexdecim. (Imò Sotus postea apud Sanchez in opusculo tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 57. n. 5. respondit, beneficium sexdecim aureorum non obligare, & opinionem illam octo aureorum eum docuisse, ait Sanchez pro istis temporibus quando valor monetæ maior erat, & rerum minor. *part. 4. tract. 4. res. 146. à medio*) Ledesma *part. 2. tr. 9. cap. 4. cone. 5. requirit viginti, & tandem Malder, ubi sup. tertiam partem sustentationis. Clerici ordinati p. 2. tr. 12. res. 5. 8. Sed si quaras. Vide etiam Bonartium lib. 2. c. 6. n. 10. p. 5. tr. 5. res. 25. in fine.*

Nec in dubio de tenuitate beneficii.

9 Quod si quis dubitet, an obtentatem beneficium teneatur ad Horas secundum Valquez in cap. 2. disp. 65. cap. 3. num. 11. teneatur recitare: quia obligatio est certa, & excusatio dubia Secundum Salas in 1. 2. tract. 8. disput. unice. section. 17. num. 174. non teneatur: quia præceptum valde onerosum non obligat in dubio. Vtraque sententia est probabilis, p. 4. tr. 3. res. 24.

Non teneatur ad Horas recipiens beneficium per simoniam, aut cum legitimo impedimento.

10 Nota 2. cum Sanchez ubi sub dub. 71 num. 5. quod recipiens beneficium per simoniam, aut cum excommunicatione, vel irregularitate, sicut non facit fructus suos, ita nec teneatur ad Horas. Et addit, quod si talis peteret revalidationem, & fructuum compositionem, teneatur explicare, si Officium non recitasset, alias iterum se de fructibus ob illam causam componere teneatur. *par. 4. tr. 4. res. 146.*

Nec Canonici coadiutori est successione, & congrua portione præsentis.

11 Nota 3. coadiutores Canonico- rum cum futura successione, secundum Accostam in cruce. quæst. 75. tenent Horas per solvere, quia coadiutorias Papa concedit per modum beneficii, & litteræ expediuntur in forma dignum, ut ludez Apostolicus, provisum examinet, & ad possessionem admittat præmissa fidei professione, & adhibitis solennitatibus Canonico- rum, quorum nimirum privilegii ipsi fruuntur. At ego contrarium sentio cum Palao tom. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 1. §. 4. num. 7. quia talis coadiutoria non est beneficium, ut declaravit Paul. V. apud Suarez de Hor. can. lib. 4. cap. 22. num. 19. Et sancti beneficium, quod

confertur coadiutori, est illud idem, quod possidet Canonicus proprietarius, quod proinde ipse non adhuc possidet, cum vnum idemque beneficium non possit esse vno eodemque tempore penes duos *par. 5. tr. 13. res. 75.*

12 Denique Horas Canonicas persolvere tenentur RELIGIOSI, & MONIALES additi choro, post emissam professionem, ratione consuetudinis. Ita DD. communiter. Et quamvis Caiet. Med. & alii dubitent, an talis consuetudo existat, & Villalobos, an introducta sit scienter, & cum animo inducendi obligationem, imò an à mulieribus, & adolescentibus potuerit sic introduci, & vim legis habere, ex quibus Alphonsus de Castro docet, Clericos non promotos Ordinis Prædicatorum, ad Horas Canonicas non teneri. *(part. 2. tract. 12. resolut. 17. & novissime P. Bordon. in cons. reg. resol. 30 num. 3. huiusmodi religiosos extra chorum ab onere Horarum faciat immunes, quia consuetudo, quæ afferret, referretur ad communitatem, seu ad chorum, non ad deputatos ad chorum, quando absunt nam consuetudo habens vim legis non inducitur ex actibus privatis, sed publicæ. Hæc tamen opinio improbari, debet & Sæ eam docens, in editione Romana correctus fuit, ut notat Palao tom. 2. tr. 7. disp. 2. punct. 1. §. 1. num. 3. Et idem dic de monialibus, quæ etiam ipsæ possunt consuetudinem obligatoriam introducere, approbante superiore, quia sunt legis capaces *par. 6. tract. 8. resolut. 12. & part. 7. tr. 11. res. 4. & novissime p. 10. tr. 11. res. 45.**

Denique tenentur Moniales, & Religiosi professi, etiam non promoti.

13 Quo tamen die profitentur, tenentur solum ad horas quæ supersunt, ut tus potest dictum est num. 4. Et superior potest cum his in hoc ex iusta causa, studiorum, videlicet, aut negotiorum, dispensare. Ita Lesius lib. 1. cap. 37. dub. 9. n. 51. Nec obstat, quod dispensare non solet, quia facultas aliquid faciendi absque aliorum incommodo, non amittitur per non vsum *p. 2. tr. 12. res. 19.*

Sed prævalentur solum ad horas quæ supersunt, ut tus potest dictum est num. 4. Et superior potest cum his in hoc ex iusta causa, studiorum, videlicet, aut negotiorum, dispensare.

14 Imò etiam cum promotis dispensare potest ex privilegio, & Horas Canonicas

Et ex privilegio



Jam cum nicas in certos Psalmos, & preces eis
promotis. commutare, vt dicemus *verb. Regular.*
Novitii an- num. 13.
satisfaciât 15 Quætes artes, vel plures Novi-
præcepto sol- tii con clam, sed publicè signo regulari
uè di, Horæ convocati possint in choro communi
Canonice Divino Officio satisfacere? Respondeo
in Choro. pro vtraque parte adesse probabiles rati-
one Religio- ones? Et idè vtumq; probabiliter
professi in 16 Moniales, & Religiosi professi in
minoribus minoribus tenentur sub mortali recita-
tenentur ad te horas Canonicas si choro non inter-
horas cano- sunt ex consuetudine introducta in Re-
nica extra ligatione. Bardi, & alii: non tenentur ta-
horum. men si transirent ad aliam Religionem,
Sic trãseû- in qua non est consuetudo quod tales
ad aliã Re- recitent horas Canonicas. Layman, &
ligionẽ ubi alii *par. 10. tr. 11. ref. 43.* tenentur Religiosi
non est con- canere in choro horas canonicas sub
uetudo nõ peccato mortali; dico tamen Superiores
tenentur. teneri hoc curare. Armilla & alii per-
tenentur mult. *ibid. tract. 11. 4. ref. 3.*
sub mortali 17 Subdiaconus non tenetur sub
si canere in mortali in die ordinationis; & sic ex
ahoro. Ad quæuis causa non poterit recitare horas
hoc facere antemeridianas, non tenetur ad vespe-
tenentur su- ras, & completorium etiam si ppsit. Tor-
periores. te, & alii, sic qui complet. 21. annũ hora
In die ordi- nona alicuius vigiliæ eo die nõ tenetur
nationis nõ ad ieiunium. Qui incipit divinum offi-
tenentur. cium ante mediam noctem, & complet
nec qui cõ- post mediam noctem satisfacit præcep-
pletorium nõ to diei sequentis, sic de missa completa
ad ieiunium. post meridiem. Francolinus, & alii; re-
Et si occu- citans officium mutando illud satisfacit
patius legiti- præcepto, sed hoc non est faciendum
ma causa. absque rationabili causa, vel occupatio-
non recita- ne, Bardi, & alii: dictis vespertis, & com-
mit matutis pletorio hora secunda post meridiem
nũ non sa- potest recitari officium diei sequentis,
tenetur ad an- anticipate horas Canonicas absque vlla
lias horas. iusta causa secundum Dicastillum non
Satisfacit est peccatum veniale. *par. 10. tractat. 11.*
qui incipit resolutione 16. & tractat. 16. resolutione 46
officiũ an- non peccat mortaliter, qui nocturna
te mediam per 30. horas divideret, etiam sine vlla
noctem, & causa, nec repeteretur, quod antea reci-
õplet, post ratum fuerat, sed solum venialiter, quia
mediam quoad substantiam adimpletur præcep-
noctem, tum, & sic per spatium trium horarum

possunt dividi nocturnainter se. Esco. Itade mis-
bar. & alii, & secundum Quintanad. sa.
lectiones marucini possunt dividi à re-
ciratione psalmorum vsque ad mediam tari officii
noctem eiusdem diei. Similiter si per diei sequen-
erorem non recitatur officium. de ali-
sis post 2.
quo festo duplici, vel semiduplici, po-
test de illo fieri prima die non impedi-
vidianam.
ta. Quintanad. & si recitavit de festo Non peccat
aliquo non debet de eo fieri prima die qui dividit
in quo incidit: non est eadem ratio de nocturna
feria vel de sancto simplici. Quintanad. nisi veniam
ibid. tractat. 11. ref. 17. & vbiq; recitati liter. & por-
p flunt etiam in latrinis. Dian. & alii. spatium trium
ibid. tr. 11. ref. 3. horarum.
18 Non possunt dici mentaliter con-
tra P Sanctorum. Dian. & alii *ibid. tract. 11. ref. 17.* Debeat recitari, vt ipse reci-
tans movendo labia se audiat. Valencia, relictio per
& alii *ibid. tr. 11. ref. 33. 5. Nota.* Religiosi errorẽ pri-
tenentur sub mortali. *par. 10. tr. 14. ref. 3.* ma die non
Armilla, & alii. impedita.
19 Cæcus non tenetur ad horas ca-
nonicas, surdus tenetur, & si est benefi-
ciarius tenetur cum socio. *par. 10. tr. 16. de sancto.*
ref. 45. Etia in la-
20 Canonicus absens à choro per
tres menses concessos à Can. debet lu-
crari distributiones quotidianas. Mar-
tin. à S. Joseph. Canonicus choro assi-
stens, sed non canit, vel confabulat non
debet lucrari distributiones quotidiana
nas. Et peccat mortaliter præfectus cho-
ri permittendo hæc, vel alia inconvien-
tia à Canonicis in choro; & si assistit se ipso au-
in choro, & non recitat horas Canoni-
cas, nec in choro, vel alibi non tenetur
restituere distributiones, quæ dantur
pro assistentia, & non pro cantu, Balde-
lus, & alii *ibid. tr. 13. ref. 10.* socio si est
beneficiarius.
a Canonicus absens à choro tempore per-
messo gaudet distributionibus, sed si adest,
& non canit vel confabulat. Non tenetur
restituere.
H O R A E C A N O N I C A E
Sub quo onere recitanda.
16 x Omnes nominati tenentur
Horas persolvere sub mor-
tali. Et beneficiati præterea sub onere
restituere.

Horæ à
prædictis
recitari deo-
restituere.

bent sub mortali. restitucionis fructuum pro rata, ex Læter sub Leone X. sess. 9. §. statimimus. Na. Et à beneficiario. v. b. beneficium. num. 11 & D. D. orciatis eius munitur. Et quidem quoad peccatum bono totum ¶

17 Nota quod obligatus ad Horas sed non peccat titulo Ordinis sacri, & beneficii, non eat dupliciter peccat dupliciter, si Horas omittit, ter. qui officii quia terque titulus respicit eandem ciuitatem: Religionis virtutem, Ita Palaus tom. 1. tit. ad quod disputat. 2. punct. 1. §. 2. num. 29. contra Fagundez pr. 2. lib. 4. cap. 5. num. 23. part. 2. titulo obligat tractat. 12. resolutione 12. & part. 4. tractat. 4. resolutione 219. in fine. Quod à fortiori procedit contra Nauarrum apud Garfiam tom. 1. part. 3. cap. 1. num. 42. si quis tenetur titulo duplicis beneficii. part. 2. tractat. 12. resolutione 13. in fine.

18 Plures voluntates omittendi officium eiusdem diei, secundum communem apud Bonartium lib. 2. ca. 10. num. 6. sunt plura peccata, sed ipse probabile putat, continuari suo modo in externa omissione, sicut plures voluntates occidendi in externo homicidio, & sic esse vnum peccatum. part. 4. tract. 4. resolutione 219.

19 Putat vero Lessius ubi supra num. 51. tot peccata committi, quot Horæ eiusdem diei omittuntur quia singulæ Horæ sunt distincta officia diuersis temporibus persoluenda; & volitio omittendi plures Horas, in eodit plures omissiones saltem virtualiter distinctas, singulæ autem omissiones sunt distincta peccata. Hæc opinio est probabilis, sed non sustinenda; quia præceptum de recitandis omnibus Horis vnius diei vnum est, & habet pro obiecto aggregatum septem Horarum per modum vnius, Ita Nauarr. cap. 7. num. 6. Nec est necesse numerum Horarum omissionum in confessione explicare. part. 2. tractat. 12. resol. 51.

20 Nota 2. in omissione diuini officii dari paruitatem materię, quæ excusat à mortali, & quantitatem notabilem pro committendo mortali in eius omissione, secundum Nauarr. cap. 10. num. 44. esse totum principium vnius Horæ cum primo Psalmo, secundum Maldon. ubi supra, tertiam partem Horæ, quæ y-

traque opinio est dura; quia licet quælibet Hora sit notabilis, non est tamen notabilis tertia eius pars. Igitur, in paruis Horis præter Matut. Laud. & Vesp. notabilis quantitas est dimidium. Sic Fern. part. 3. cap. 13. §. 7. quest. 3. p. 2. tract. 12. resol. 4. Imò Bonart. cap. 19. num. 12. putat esse integram Horam, quia respectu totius officii, supra quod cadit præceptum, quod est minus integra parua Hora, non est notabile, vnde secundum ipsum, qui ex Hora parua recitaret vñ Psalmum, excusaretur à mortali. Sed

hic adducite, quod iuxta principia posita, si quis ex paruis Horis eiusdem diei modicum omittet, & multa hæc modica simul sumpta essent in quantitate notabili, peccaret mortaliter; quia continuantur in respectu ad totum officium, quod præcipitur. part. 4. tract. 4. resolutione 216. In Matut. Laudib. & Vesp. notabile putat Lonartius, quod est no, Vesp. & quale vni parue Horæ ibid. & idem sentit Palaus tom. 2. disput. 2. punct. 5. num. pletorio, 5. num. 1. p. 5. tractat. 5. resol. 26. Raguccius de off. can. q. 13. num. 4. quartam partem nor. Sanch. in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 18. num. 8. tres lectiones cum responsoriis in officio Feriæ putat esse paruum materiam, quæ omnes opiniones sunt probabiles. Et si petas, cur in his Horis non dicamus partem notabilem esse dimidium, sicut in paruis. Respondebimus, quod aliquod totum est maius, eo minorem eius partem esse notabilem, & sic communis opinio tenet, tres horas esse partem notabilem diei, cuius tamen non sunt nisi octauum part. 2. tract. 12. resol. 41. Vide etiam Merollam. tom. 1. disputat. 2. cap. 4. dub. 7. diff. 13. num. 27. part. 5. tract. 5. resol. 26. §. 1. in fine. Sed considera hic, an posito principio de vnitare præcepti pro omnibus Horis, hæc distinctio de Horis magnis, & paruis bene procedat. Ex dictis refellitur communiter Aragon. qui in 2. 2. quest. 83. artic. 12. docet, omissionem integri Officii vnius, vel duorum dierum in anno esse paruum materiam resol. 26. citat. §. Nos. tertio, & March. de Sacram. Ordin. tractat. 2. part. 6. diff. 3. num. 5. quod integra parua.

Hæc 3

Horæ

Hora non sit pars notabilis in comparatione ad totum officium, quod est integra præcepti materia *part. 9. tractat. 6. resol. 6 & Caramuel in Regulam O. Benedicti, disputat. 1. num. 1408* existimantis octavam diuini officij partem esse materiam grauem, leuem autem quidquid est minus, octaua parte *part. 7. tractatus 11. resolutione 2.* Sed valde haec doctrinã exagitat Pasqualigus in *99. can. cent. 1. q. 29.* & si vera est doctrina Caramuelis, quare non dicam cum tantũ leuiter peccare qui præferndit alteri manus vel aures, cũ non sint octaua pars totius corporis *1. r. 1. ref. 21.* & infinita absurda alia sequantur in materia morali.

Sed in recitatione publica habendus est respectus ad scandalum, &c.

21. Aduerte autem cum Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. de orat. cap. 13. num. 3.* in recitatione publica, vna cum quantitate partis omittã, quam in vno Psalmo putat esse notabilem, considerandam etiã esse grauitatem eius, & dignitatem, & publicam deformitatem, quæ in de nascitur, & idẽd grauius esse omittere verbum *Deus in adiutorium*, quam quatuor Psalmi verius, & Canticum *Magnificat*, quam quouis Psalmum longissimum: quemadmodum grauius est in Missa omittere vnum verbum ex Canone, quam orationem integram extralium: quæ omnia docet etiam Merolla *vbi supr. part. 5. tract. 5. resol. 20. §. Notandum est.* Sed in *part. 2. tract. 12. resol. 41.* in fine, docuerat eũ Bonacina eam partem, quæ excusatã mortali in recitatione Horarum priuata, excusare etiam in publica, quod signum est, vtramque opinionem ab ipso reputari probabilem.*

Onus restituendi in beneficiis prescribitur in Bulla Pij 5.

22. Circa onus restitutionis in beneficiis exta Bulla particularis Pij V. edita ann. 1571. disponens, vt qui totum officium vnius diei omiserit, omnes illius diei fructus restituat, qui totam Matutinam, vel reliquas Horas, dimidium: qui verò vnam paruam Horam, sextam partem, sed Henric. 6. 13. nu. 2. in gloss. lit. Z. existimat, hanc Bullam sapientiam consilio, & praxi moderatam esse, vt infra num. 29. dicemus *part. 4. resol. 11. §. 3.* sed propterea.

23. Nota primò, quod quamuis probabiliter doceat Suarez *vbi supr. cap. 29. ex iustitia num. 12.* obligationem Horarum in beneficiis esse ex iustitia, & idẽd teneri recitare statim a possessione sub onere obedientiæ, restitutionis: sententia tamen Fernand. *part. 3. cap. 12. §. 8. num. 1.* quod solum tenetur ad restitutionem, si recitare omittat post sex menses, est probabilior: nam est obligatio solum Religionis vel obedientiæ, ortum habens a lege Ecclesiastica, quæ obligare incipit post semestre: si enim esset iustitiæ, quando beneficiarius omittens non posset restituere fructus, obligaretur ad restituendum in bonis spiritualibus, vt notat Filliuc. *tom. 1. str. 23. cap. 10. num. 108.* quòd tamen non est in consuetudine *part. 2. tract. 12. resol. 25. & p. 1. r. 2. ref. 44.*

24. Nota secundò, restitutionem pro Horarum omissione ex Bulla cit. & D.D. communiter fabricæ beneficii, vel pauperibus faciendam: & nomine quidem beneficii veniunt Ecclesia, & domus beneficii, siue quam beneficiarius habitat, siue alia item utilitas in emendis agris, aut meliorandis possessis, vt ageantur fructus. Ita Suarez *de Relig. lib. 4. tom. 2. c. 30. num. 19.* Nomine verò pauperum veniunt etiam pauperes extranei, & ipsemet beneficiarius, si pauper est, & ex hoc non sumat occasionem amittendi officium. Item eius mater, frater, soror non solum mendici, sed etiam si careant necessariis ad statum Ita Faustus *lib. 2. questione 289.* Denique etiam defuncti, vt ipsi Missæ, & alia suffragia applicentur. Ita Filliuc. *vbi supr. num. 325. part. 2. tract. 12. resolutione 27.*

Debetque fieri fabricæ beneficii, vel pauperibus.

25. Nota terciò, hanc restitutionem secundum aliquos suppleri posse per quascumque eleemosynas antea factas, etiam absque hoc intuitu. Vide verbo *Eleemosyna effectus, numero 1.*

Nec faciendã est.

26. Nota quartò, etiam in hoc dari paruitatem materiæ, & restitutionem non esse necessariã faciendam, nisi ex alicuius omissione notabili, quæ maior assignari debet ea, quam supra assignauimus pro committendo peccato mortali.*

27. Pri-



Aut plurimū
versū plu-
rū Horā-
rum.

27 Primò igitur, non est faciendate-
stitutio pro rata distributionum ex o-
missione partis vnius Horæ, quia leges
in hac re loquuntur de Horis integris.
Ita Bonartius lib. 2. cap. 11. n. 10. licet con-
trarium teneat Palaus tom. 2. disp. 2. puncti
7. num. 5. part. 2. tractat. 12. resolut. 26. &
part. 4. tr. 4. resolut. 120.

28 Secundo, nec faciendae est pro o-
missione paucorum versiculorum in sin-
gulis Horis, licet simul sumpti constitu-
ant quantitatem notabilem. Ita Palaus
ibid. quem vide RR. cit. 25. in §. Notan-
dum, & 220 § Sed quid.

29 Tertio, si rata fructuum corre-
spondens vni Officio totius diei non sit
notabilis, non est faciendae restitutio
sub mortali pro omissione totius Offi-
cij. resolutione 26 § Nota.

Vel etiā 10
tius Officij,
si rata ei
respondens
nō est nota-
bilis.
Et si prater
officiū ha-
beret alia o-
nera, resti-
tutio secun-
dū aliquos
feri debet
pro rata o-
neris officij

30 Quarto, Sacerdos habens bene-
ficiū curatum cum multis oneribus, v.
g. Missæ, Confessionum, &c. quo die Of-
ficiū omittit, secundum Henricum
lib. 13. cap. 13. n. 2. non tenetur restituere
omnes fructus illius diei, sed solum mo-
dò partem correspondentem oneri offi-
cij, quam in Episcopo, & Parocho di-
cit esse quintam, in Canonico quartam,
in aliis beneficiariis tertiam, & ita sa-
pientum consilio interpretatam esse in
praxi Bullam Pij V. de quasup. num. 21.
Hæc tamen interpretatio Lessio lib. 2.
cap. 34. num. 77. nimis laxa videretur in iis
præfertim, qui non habent alia onera,
nisi precium: vnde restringendam putat
ad habentes alia onera, & tunc eum pro-
portione ad illa. Tolet. lib. 2. cap. 11. num.
9. pro toto officio omisso tertiam partem
fructuum illius diei restituendam pu-
tat. Et Salas disp. 15. sect. 2. num. 27. contra
Valquez ubi infra, existimat, quod si
Canonicus grossum lucratus sit prius,
quam Officiū omitteret, non teneretur
restituere, quia pœna est, vt non faciat
fructus suos, non, vt iam suos restituat.
Verum Valquez in 2. tom. 2. dist. 168. nu-
34. & 35. & alij absolute volunt, ab omi-
tente Officiū totam illius diei par-
tem fructuum restituendam esse, quia
ita habetur expressè in Concil. Lateran.
sess. 6. §. SESTIMUS, & in Bulla cit. Pij V.

Quibus non obstantibus, opinio est
Henrici & Trullench in Cruc. lib. 3. cap.
2. nu. 3. dicit esse probabilem. Ego vero
de meo nihil dicam part. 4. tr. 4. resolut.
11. §. licet part. 2. tract. 12. resolut. 8. probabi-
lem indicauerit etiam ipse.

31 Quinto, Canonicus assistens cho-
ro, sed officium non recitans, ne domi-
quidem, quamuis ad ratam fructuum
teneatur, distributiones tamen licite
reciperet quia hæ sunt stipendium so-
lius assistentiæ, vt dicemus n. 58. nec ve-
niant nomine fructuum in Conc. cit.
Sanch. in episc. tom. 2. lib. 2. cap. 2. dub. 10.
n. 2. contra Aragon. in 2. 2. quas. 83. art. 3.
in fine, par. 4. tr. 4. res. 149. Ex his.

Et si Cano-
nicus assi-
sit choro,
ex hoc præ-
cisè distri-
butiones
acquirit.

32 Imò non illi me Ioan. Henricus
in comp. cap. 29. num. 30. excusat ab onere
restitutionis beneficiarium, qui omit-
teret Officiū in anno per octo dies;
quia (inquit) dominus non priuaret
mercede famulum, qui annuam seruitu-
tem per octiduum intermitteret, quam
opinionem quoad vnum vel alterum
diem docuerat Sorus, & approbat Filli-
us Sed insurgunt Bonartius cap. 2. nu.
15. & Palaus nu. 4. dicentes, hæc opinio-
nestante Bulla Pij V. non posse subsiste-
re, quia illa pro qualibet die, & pro qua-
libet hora restitutionem fieri præcipit.
Vnde exemplum de famulo, non proce-
dere, quia in eo non habemus expressam
domini voluntatem, sicut in casu nostro,
& ideo recurrendū est ad præsumptio-
nem, part. 2. tr. 12. resolut. 34. & par. 5. tr. 5.
res. 24.

Quid si be-
neficiarius
omittat of-
ficiū per o-
cto dies in
annor

33 Nota tandem, quomodo libet obli-
gatum ad Officiū, excusari præterea
tam à peccato, quam à restitutione, cau-
sis, & capitibus, de quibus infra à nu. 52. quot sunt
Qui plura beneficia obtinet non est ob-
ligatus tot commemorationes facere,
quot sunt beneficia. Escobar par. 9. tr. 9.
res. 10.

Nō tenetur
tot officia
recitare,
quot sunt
beneficia

Vnde recitare eas vulgari sermone sa-
tisfacit præcepto, sed grauitèr peccaret,
secus si lingua Græca, vel Hebraica re-
citatet, part. 9. tr. 7. res. 67. Et in necessita-
te, potest vti quocumque Breviario ap-
probato, ibid. tr. 9. res. 25. §. Notandum est.

HORÆ CANONICÆ.
Qualiter recitanda.

Hora. 34. **S**ex circumstantiæ in recitando Officio requiruntur: numerus, ordo, qualitas, tempus, locus, & modus.

Septemper solui debet. Semel tantum in die. 35. Numerus est septenarius, quia singulis diebus septem Horæ sunt perfoluendæ, quæ tamen omnes constituunt unum Officium, quod in vno die vnum tantum recitandum præcipitur: & qui recitat per Breuiarium Rom. extra chorum, non tenetur ad Officium B. Virg. aut ad Psalmos Graduales, & Pœnitentiales in feriis præscriptis, nec ad Officium Defunctorum in secundis feriis Adæ & Quadragesimæ, & in prima feria cuiuslibet mensis †.

Et multi docent non adesse obligationem recitandi Officiū Defunctorum diei. Noubris extra Chorum. 36. Imò quidam DD. apud Wolfes. tom. 1. tract. 5. c. 1. num. 57. idem dicunt de officio defunctorum diei 2. Nouembr. quo eorum commemoratio celebratur: quod probari potest primum ex Bulla Pij V. posita initio Breuarij, in qua Papa ait, suam intentionem non esse obligandi ad recitationem Officij defunctorum in diebus præscriptis in Breuiario, non faciens exceptionem huius diei: & eodem modo loquuntur Zech. in sum. tom. 2. c. 83. num. 16 & alij Doctores. Deinde, quia in Rubrica illius diei non habentur verba præceptiua, & peculiaris, sed solum dicitur, quod post *Benedicamus dicuntur Vespera Defunctorum*, sicut etiam habetur in Rubrica feriæ 2. post primam Dominicam Quadrag. Et tandem ex probabili sententia Vasq. in opuse. de benef. c. 4. §. 1. art. 2. dub. 1. num. 58. & aliorum, quod in diebus Rogationū, & D. Marci processionibus nō interfunt, non tenentur ad priuatam recitationem Litaniarum, cum tamen in Rubrica talium dierum talis obligatio exarata sit verbis præceptiuis. Et ratio istorum Doctorem est, quam nos attulimus: quia Litanie sunt pars Psalmorum pœnitentialem, ad quorum recitationem in

diebus signatis, Papa inquit se nolle obligare.

Verum non est recedendum à contraria sententia, quæ est communis, quia proprium officium illius diei, est officium Defunctorum, vnde *Commemoratio Defunctorum* inscribitur; & Ecclesia dispensans cum Prædicatoribus ad vnum tantum officium, designauit recitandum officium Defunctorum, omissio officio de Octaua. Adde, quod si talis dies incidit in Dominica, transfertur in diem sequentem.

Ad argumentum in contrarium. Ad r. respondetur, Bull. loqui de officio defunctorum singulis mensibus recitandum, non de hoc, quod semel tantum in anno recitandum est in eorum commemoratione: varia enim humanæ vitæ negotia, non militant pro hac vnica, sed pro illis multis officij recitationibus. Et si hæc Bulla ex consuetudine, & Ecclesiæ sensu interpretata fuit, vt patet ex doctores post illam scribentibus, quæ consuetudo est in se grauis, difficilis generalis, & de violentibus illam vitæ timorati malè sentiant, sola fortasse sufficeret ad obligationem inducendam, iuxta dicenda *V. Jus, num. 24.* Ad secundum respondetur, ad hoc, vt ad sit obligatio recitandi aliquod Officium, non requiri verba præceptiua in eius assignatione, cum assignatur tamquam proprium alicuius diei, nam obligatio oritur ex præcepto generali Ecclesiæ de recitando quotidie officium, & Bulla Pij Quinti de recitando eo, quod in Breuiario præscribitur *p. 4. in fine, quasi. v. nica*

Ad tertium. Quamuis opinio illa Vasquez sit probabilis ex ratione citi assignata (& præterea quia verba præceptiua, quæ in illis rubricis apponuntur, secundum *Castrum lib. 1. de leg. poen. cap. 5. docum. 4.* inducunt obligationem solum venialem, *part. 2. tract. 12. res. 42. & part. 4. cit. §. Sed dato: Verior tamen, & tutior est contraria Gauanti in Rubr. Miss. tom. bet ordo, tit. 2. sect. 6. cap. 16. num. 3.* ex paritate nimirum inter Horas rationis cum Officio defunctorum in quâ inter die 2. Nouembris, de quo hæctenus *part. partes ip. 4. tract. sarum.*

Sed contra-rium dicitur est ex rationibus

Et consuetudine.

In utroque casu.

4. tract. 4. resolut. 22. 6. & part. 9. tract. 7. resolut. 29.

37 ORDO Horarum est, ut prius dicatur Matutinum cum laudibus, deinde Prima, Tertia, & c. Psalmorum vero, lectionum, antiphonarum, & c. quem præscribit Breviariū *. Circa quæ Vasquez ubi sup. dub. 4. num. 66. quo dicit. Primū, quod inuertens ordinem Horarum, dicendo prius Primam, deinde Matutinū, & c. peccat mortaliter, quia derogat communi Ecclesiæ consuetudini in re graui. Secundum, quod peruertens ordinem Psalmorum nunquam excusatur à venialibus, quia nunquam suppetere potest ratio, cur quis non possit æque bene recitare priorem quando vult recitare posteriorem. Sed primum nõ approbat Bonacina; quia inuersio Horarum est defectus in accidente, non in substantia. Ita ille de Horarum disp. 1. quæst. 3. punct. 4. num. 5. ubi addit cum Gauant. ubi sup. sec. 1. c. 5. tit. 8. num. 3. talem inuersionem secluso scandalo fieri posse etiam in choro. part. 2. tract. 12. res. 16. & ego existimo cum Villalobo tom. 1. tract. 2. 4. dub. 13. num. 1. quod si quis recitaret Matutinum diei sequentis priusquam diei præsentis compleuisset, peccaret solum venialiter. ibid. res. 15. Et iterum tenet Sanch. in opus. 10. 2. lib. 7. c. 1. dub. 37. num. 4. & quamuis Nauarrus, & alij penes ipsum contrarium doceant, quia dies sequens non videtur incipere, nisi post solum pensum Horarum præsentis diei: nostra tamen opinio probabilitate non caret. part. 4. tract. 4. res. 9. ante finem §. 1.

Es si quis recitaret Matutinū crastinū ante per solutū officium hodiernū satisfaceret.

Seruari etiam debent rubricæ. Et vnusquisq; vi suo Breviario. Quamuis probabilis sit, Religiosos ut posse primam

38 * QUALITAS etiam seruanda est; nam additi Breviario Romano debent recitare Officiū iuxta illud, & vnusquisque similiter iuxta suum. Et cum præscribitur Officiū de feria, nõ debet dici de Sancto, & c. ¶ Sed
39 Nota primò, probabilem esse opinionem Portellij V. Horæ can. num. 6. contra Barbosam in collect. rom. 1. lib. 3. tit. 41. c. num. 10 quod omnis Religiosus in recitatione priuata ut possit Breviario Romano, relicta consuetudine suæ Ecclesiæ ex antiqua consuetudine p. 11. 17. Summa Diana.

2. res. 64. Bulla enim Pij V. non reuocat consuetudines circa recitationes priuatas, sed tantum circa publicas part. 1. 17. 12. res. 10. & part. 3. tract. 2. res. 135. & part. 7. tract. 1. res. 8. & Innocent. IV. concessit, ut Religiosus extra conuentum recitare possit Officiū cum Religioso alterius ordinis cum Breviario illius. Ita Rodr. in comp. res. 24. num. 34. res. 41. cit. Imò Clericus qui omisso Breviario Romano, vteretur semel aut iterum Breviario D. Dominici v. g. non peccaret mortaliter, ob paruitatem materiæ. Ita Cuiusdam part. 1. pr. 3. art. 5. dub. 4. concl. 1. contra Garciam tom. 1. pr. 3. c. 1. num. 150. res. 10. sup. cit. post medium, & part. 7. tract. 11. res. 9. An verò Prælatus Regularis Religionis additiæ Breviario Romano dispensare possit in choro, ut semel aut iterum ab illo recedatur, vide V. Prælatus n. 21. Vtrum autem Regularis extra chorum satisfaciatur præcepto, per soluendo Horas Canonicas secundum Breviariū alterius Religionis; Affirmat Caramuel id Regul. D. Benedicti, disp. 109. num. 1394. qui putat officio diuino satisfieri quoad essentiam tam recitando secundum Breviariū Romanum, quam alterius Religionis, & solum variari quoad modum, ideoque nullum esse peccatum, nisi veniale. Sed contrarium docuit nouissime Lezzana, in sum. qq. Reg. 10. de. 2. num. 18. Quia quando Regularis dicit officium iuxta Breviariū Romanum, licet hoc facit secundum probabilem opinionem, quia se conformat Ecclesiæ Romanæ, quæ est mater omnium ecclesiarum, hoc autem non procedit, quando v. g. Carmelitanus relinquit suum officium, & recitat cum officio Dominicanorum. Præterea quislibet Religiosus tenetur sub mortali dicere Horas Canonicas iuxta Breviar. pro sua religione approbatum. Vide c. de his, & c. placuit dist. 12. p. 7. 1. 11. res. 8. & contra Caram. Vide p. 11. 17. 1. res. 8.

Breviario Romano, relicto proprio.

Non aucterius Religionis.

Es si quis

Es si quis pro officio de feria recitaret de

30 Nota secundo, quod si quis ex accedia & sine iusta causa, Officiū præscriptum commutaret in aliud breuius, Officiū de feria in Officiū de Sancto, satisfaceret præcepto, quia illud impler-

fff

*Sancto, nō
peccaret
mortaliter.*

impleret quoad substantiam, quæ est, ut
quotidie recitentur septem Horæ cano-
nicæ, quamuis, quia non impleret quo-
ad qualitatem præscriptam, peccaret ve-
nialiter. Ita Catechismus V. hora, c. 2, contra
Valquez de benef. c. 4. §. 1. num. 60. Id quod
contra Suarez tom. 2. lib. 4. c. 25. num. 11.
procedit etiam si id frequenter fiat; nam
si licet semel, licet etiam frequenter;
cum singulis diebus addit nouum præ-
ceptum, sicut in diebus Quadragesimæ
adiciendum *part. 1. tract. 2. resolut. 5.*
Et part. 7. tract. 11. resolut. 10. Nec facien-
da est compensatio, ut recitetur æqua-
lis factorum verborum moles et, quæ
præscribitur, contra eundem, nam si ali-
ud Officium recitans satisfacit, ad quid
illa compensatio? Si vero non satisfacit,
nec compensatio iuuabit: nam ideo non
satisfacit, quia non recitat præscriptum,
vnde non sufficit recitare æquale vel
maius, sicut pro assistentia sacrificij non
satisfacit, qui in die festo aliud opus re-
pendit quantumuis maius. Ita *V. ga. part. 1.*
c. 12. c. 17. ibid. † Sed limitatio de fre-
quætia videtur conformis doctrinæ præ-
cedenti, & sententiam de compensatio-
ne Auctor approbare videtur in part. 5. tr.
5. res. 26. §. Notandum, dum inquit, non
satisfacit eum, qui pro Officio lon-
*gè recitaret Officium Resurrect. * & p.*
7. c. 11. res. 7. & p. 11. tr. 1. res. 26.

*Secus si re-
citaret de
beatificato*

41. Nota tertio ex Granada in 2. 2.
contr. 1. tract. 7. disp. 4. sect. 2. nu. 19. certum
esse, quod qui loco Officij præscripti re-
citaret Officium de aliquo beatificato
extra eius diem, non satisfaceret præce-
pto. Additque, neque id ex deuotione
licere, quia est verus cultus ab Ecclesia
illi concessus pro certo die & personis,
ac proinde in alio die vel ab aliis perso-
nis adhiberi non potest, Et eadem est
ratio de Missa. *part. 4. tr. 4. resolut. 231.*

*Quid si
quis addo-
ret aut de-
moveret ali-
quid ex of-
ficio cano-
nicis*

42. Nota quarto, addentem vel de-
trahentem aliquid in Officio canonico
tamquam perpetuo duraturū, quamuis
minimum, secundum Suarez c. 15. nu. 15.
peccaret mortaliter: cum ob introdu-
ctionem noui ritus & cultus: tum ob v-
surpatā iurisdictionem. Sed Palaus *so. 2.*
§. 7. disp. 2. punct. 2. n. 15. peccatum solum

venialiter putat. Et quid quid sit de hoc,
certum est satisfactorum officio, quia
recitat totum quod debet. Ita Palaus
num. 16. part. 5. tract. 5. res. 64.

43. Nota quinto, recitantem Matuti-
num de Sancto, & horas Canonicas de
Feria, in sententia eorum qui dicunt da-
ri octo præcepta de officio diuino, & o-
missionem eiusdem non vnum, sed octo
esse peccata mortalia, non peccate mor-
taliter, sed satisfacere singulis præceptis
quoad substantiam, tot autem peccata
venialia committere, quot Horas mutat,
& legit contra Rubricas. In opposita ve-
rò sententia, peccat mortaliter, quia nō
legit officium Diuinum, sed duo leui of-
ficia, quæ nō possunt ita connecti, ut y-
num officium diuinū constituent; quia
ex aliquot Horis de Dominica, & alijs
de feria, si coniungantur, non exurger
officium diuinum approbatum à Sede
Apostolica. Et hæc omnia docet Car-
muel in *Regul. D. benedicti disp. 110. n. 1403.*
part. 7. tract. 11. res. 11.

44. TEMPVVS pro recitandis Horis
alicuius diei secundum Fillucium, *tr.*
23. c. 8. num. 275. incipit ab hora quar-
ta post meridiem diei præcedentis, quæ
in æquinoctio est 22. horologij Itali. in
solstitio æstiuo 20. cum dimidio plus
minus in hyemali, 21. Itæ cum dimidio.
Gauantus *sec. 2. cas. 5. tit. 6. num. 6.* putat
Matutinum crastinum recitari posse à
tertia hora post meridiem hodiernum.
Molsæsius *tom. 2. tract. 5. c. 2. nu. 59.* recitari
posse hora vigesima, *part. 2. 17. 12. res.*
31. Et ego probabilem puto opinionem
Sanchez *tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 37. num. 4.*
quod recitari possit hora 2. post meri-
diem, seu statim post Vesperas; nec pec-
cati mortalis reum indicatem, si quis in
Quadragesima, in qua Vesperæ dicuntur
ante prandium, Matutinum diceret sta-
tim post prandium: nā tunc dies sequens
videretur iā incepisse († præsertim quod
tunc non anticipantur Vesperæ, sed post
punitur comestio, quæ cœna sapius
quàm prandiū vocitatur. *) Et si quis
ab hora secunda post meridiem recitaret
Matutinum, nondum recitatis Vesperis
& Completorio nec peccaret mor-
taliter,

*Quid si
quis reci-
taret Ma-
tutinum de
Sancto, &
horas de
Feria?*

*Tempus pro
Matutino
probabile
est incipere
à vespere
præceden-
tis diei.*

raliter, ut dictum est *num. 36. part. 4. tr. 4. ref. 9* Et finito officio presentis diei probabile est recitari posse matutinum sequentis à tertia hora post meridiem sine veniali *part. 10. tract. 10. resol. 46.*

Et Laudes dici possunt separatim. 45 Laudes verò dici possunt separatim à Matutino absque mortali, & secundum Bonartium, *c. 17. n. 4. absq; vlla culpa.* Debet tamen tunc Matutinū terminari Oratione, sicut Matutinū Natiuitatis. Ita Gauaneus *ubi sup. sect. 4. c. 2.* Sed negat Sanchez *dub. 20. num. 2.* quia de hoc non habetur præceptum, nisi pro nocte Natiuitatis, *part. 5. tract. 14. ref. 48.*

Sunt tamē hora statuta pro singulis horis absque culpa recitandis. 46 * Ve veid absque omni culpa Hora recitentur, Matutinum dici debet ab occatu Solis vsque ad auroram; Laudes vel vnā cum Matutino vel seorsim illucescente iam die; Prima, oriente sole; Tertia, aliquanto post; Sexta, adulo iā die. Nona, propè prandium, & Complet. propè noctem.*

Qua mutari possunt per breuis tempus. 47 Aduertit autem Sanch. *dub. 35. n. 5.* pro tollendis scrupulis, non esse peccatum veniale, anticipare, aut post ponere Horas per modicum tempus, quod putat esse semihoram, aut tres quadrantas, vel integram horam ad summum, *part. 4. tract. 4. resol. 9. §. Notandum, & part. 7. tract. 11. ref. 15.*

Et ex iusta causa etiā notabiliter 48 Qui verò notabiliter Horas anticiparet vel postponeret, non peccaret mortaliter, & ex causa iusta, nec venialiter iusta causa esse potest maior deuotio vel periculū occupationis superuenientis. Ita DD. cōmuniter *part. 2. tr. 12. ref. 14. Sanch. dub. 36. n. 3.* iustam etiā causam esse inquit, quod studiosus totum Officiū recitet tempore vespertino, eo quia studiis est ineptū *par. 4. r. 4. ref. 9. in fine.*

Etiam in choro. Nota etiā cum Valentia *tom. 3. disp. 6. quest. 2. punct. 10.* contra Suar. *tom. 2. lib. 4. c. 15. num. 11.* quod etiā recitantes in choro, non peccant mortaliter, & satisfaciunt, si recitent extra horas præscriptas. *part. 2. tract. 12. ref. 14. & par. 7. tract. 11. resol. 12.*

Sed qui o- 49 Et tandem nota, quod licet qui mittit Officiū hodie, cit recitando postea cras, Molfes. tamen non potest *20. r. 5. c. 5. n. 17.* existimat, quod si id faci-

at beneficiarius, satisfacit pro honore beneficii in ordine ad restitutionē, sicut Capellanus, qui Missam, quam hodie celebrare tenetur, celebrat cras. Sed contra ipsum stat Henric. *li. 13. c. 13. n. 1.* cum communi; eo quia Bulla Pij V. cogitōne ne ad restitutionem ipso facto, abque alia declaratione; vnde tracto die hodierno, beneficiarius iam contraxit pœnam restituendi, à qua non potest amplius semetipsum eximere. *part. 1. tr. 2. ref. 24.* Non est audienda sententia Camuelis, qui putat nullam esse obligationem legendi horas certo tempore; audienda, inquam, non est, quia ob id Canonice dicuntur, quod horis præscriptis recitentur. *Nav. c. 3. de orat. n. 26. vide p. 11. r. 1. ref. 9.*

50 * LOCVS pro recitatione priuata nullus præscribitur; pro publica præscribitur chorus.*

15 Porro ad recitationem publicam tenentur Canonici, quibus proinde distributiones præbentur. Et si à choro ad sine causa, secundum Suar. *c. 10. nu. 17.* peccant mortaliter, etiam si ratam distributionē restituant, id quod testat declarauit S. Congregatio apud Garciam *10. 1. part. 3. c. 2. n. 319.* quia tamē multi id faciunt probabilem existimo sententiā Reginaldi *tom. 2. lib. 18. c. 13. nu. 170.* quod si domi recitent, & chorus an aliis persoluatur, neque id faciant ex contemptu, aut cum scandalo, peccant venialiter tantum. *part. 2. tr. 12. ref. 31. & part. 4. tr. 4. ref. 149. §. Notandum est. & ref. 117.* Persoluitur autem legitime Officiū in choro per quatuor; nam ex Macigni *de Hor. Cā. c. 56. num. 24.* quatuor Canonici conuertunt chorum *ref. 31. cit. in fine.* Scādo autem in sententia Suarez, tres aut quatuor dies in anno vltra tempus in Concilio permissum Choro non interesse, non erit mortale vt docet Bonac. *disp. 1. quest. 1. punct. 2. num. 1.* quamuis Suarez excuset solum absentiam vnus diei. *ref. 117. vs §. Nota tamen, & part. 5. tract. 5. ref. 26. in fine.*

51 Tenentur etiam ad psallendum in choro Regulares, sicut, & ad celebrandum Missam solemnem, Non quidē de iure;

Hora dice debent in choro. A Canonici.

Et Regularibus.

Sicut, & Missa solemnis.

iure; nam nullus Canon id præcipit, sed ex longa, vt loquitur Bordonus tom. 2. lib. 6. quæst. 2. c. 3. §. 3. num. 22. (ap. 21, & recepta consuetudine regulam interpretante, & Regularium Ecclesiis cum cathedralibus, & collegiatis connumerante. Ecce interpretanda est Clem. 1. de celebrat. Missæ dolentes, & c. creatura, quamuis hæc duo capita non loquantur de Regularibus. Et quidem consuetudo circa Officium apud omnes recepta est sub mortali non ita de Missa solemni, nam Clerici regulares, qui Theatini dicuntur, non habent talem consuetudinem pro diebus ferialibus, & pro festis non habent obligationem sub mortali, quidquid contra doceat Peregr. in 3. part. tract. 2. ref. 8. part. 4. tract. 4. ref. 6. Obligatio autem Officij in choro non obligat singulos seorsim, sed communitatem; unde recitans exera chorum etiam frequenter, non peccat mortaliter. Ita Torres in 2. contr. o. tom. 1. disp. 86. contra Peregrin. ubi sup. part. 3. tr. 2. ref. 18. Prelati verò tenentur curare, vt chorus frequenter ad suam verò præsentiam ex vna parte recitentur, magis quam ceteri excusantur. Vide V. Prælati, num. 2.

Qua obligatio agit omnes simul, nõ singulos seorsim.

Aduerte hic, P. Bordonum in cons. reg. quæst. 4. num. 8. docere in parvis conuentibus non adesse obligationem ad chorum, nisi adint ad minus quatuor Religiosi choro additi, imò vt plurimum quatuor vel quinque residentes excusari, quia obligatio chori pro Religiosis non est ita stricta, sicut pro beneficiariis collegiatis sed alij, quatuor residentes non excusant, pars. 6. tr. 8. ref. 32. in fine.

Et requirit in Conuentibus ad minus quatuor residentes.

Aduerte etiam, Horas Canonicas ex causa legitima persolui posse in Sacristia, vel Oratorio, etiam distito, ab Ecclesia, & qui illi non coniungitur, muro communi, quia officium in dictis locis dirigitur ad Ecclesiam, & Religiosi moraliter dicuntur in Ecclesia canere. Palaus tom. 2. tract. 7. disp. 3. punct. 4. num. 1. saluo meliori iudicio. pars. 6. tract. 8. ref. 13. & nouissimè. part. 10. tract. 11. ref. 16.

Et ex causa legitima factis est, recitare in sacristia, vel oratorio.

Modus etiam in Horarum recitatione seruari debet, vt studiosè, & deuotè iuxta eic. cap. dolentes recitentur; debent enim verba debito modo profecti, non nimis celementer, & si recitantur cum socio, expectari debet sius altitius versus * Verum

Qua recitanda sunt

33. Modus etiam in Horarum recitatione seruari debet, vt studiosè, & deuotè iuxta eic. cap. dolentes recitentur; debent enim verba debito modo profecti, non nimis celementer, & si recitantur cum socio, expectari debet sius altitius versus * Verum

54. Qui syllabas voluntariè abscondit, seorsum tamen verborum notabiliter non corrumpit, satisfacit, quia non vt lat substantiam Officij, Ita Filliuc. cap. 7. num. 232. Idem dicit de eo, qui ita celementer canit, vt semper aliquas abscondat syllabas, & audientes non possunt eius verba cum attentione percipere, cessante contemptu, scandalo, & notabili seorsum interruptione. Et socius sic recitans satisfacit etiam ipse part. 2. tr. 12. ref. 32.

studiosè & deuotè.

Satisfacit tamen qui syllabas voluntariè abscondit, sine notabili seorsum interruptione.

55. Med. C. de or. quæst. 7. requirit vt recitans Officium priuatim sic clarè, & distinctè pronunciet, vt seclusis impedimentis, ab assistentibus audiri possit. Contra verò, Bonac. de Hor. can. disput. 1. quæst. 3. punct. 1. §. 1. num. 23. putat, sufficere motum labiorum, quamuis nec ipse recitans seorsum audiat: nam hic verò vocaliter orat, vt patet ex communi vsu fidelium; & præceptum est ad dicendum, non ad audiendum, & aliqui surdaster deberet voce altissima recitare. Sed opinio Medinæ est nimis stricta, opinio verò Bonacinae admittenda solum est pro seculis, vt bene ait Filiucius cap. 3. num. 117: nam de reliquo vox orantis debet esse audibilis, saltem ab ipso orante, vix enim formati potest vox, quæ ab ipso profertente audiri non possit: & verba, quæ seclusis impedimentis, non possunt audiri non videntur verba, sed quidam motus in gutture, seu inter dentes, quem detestatur C. de Basileense sess. 21. §. 1. Sic Bonac. de Hor. can. lib. 2. cap. 2. §. 8. & alij, part. 7. tr. 6. ref. 10. Et olim recitando part. 2. tr. 12. ref. 11. Et part. 7. tr. 11. ref. 16. profus eliminanda sententia P. Bruni chassaign, qui asserit non horas modò, sed etiam missam, exceptis verbis consecrationis, planè mentaliter dici posse. part. 11. tr. 2. ref. 10.

Debet recitans distinctè pronunciet, vt seclusis impedimentis, ab assistentibus audiri possit.

56. Quamuis autem de iure antiquo Et Concil. Aquisgran. cap. 131. ibi, Canonici cum eis Religiosissime in Choro standum, & psalterium canere mandatum.

Et Canonici cum eis Religiosissime in Choro standum, & psalterium canere mandatum.



lendum est, & ex institutione Canonica-
tus, Canonici non satisfaciunt existen-
tes in choro, & submissè psallentes, nisi
cum aliis cantant, hodie tamen contra-
rii in recitandum est cum Lesio lib. 2. cap.
34. aut. 3. num. 183. quia legitime præseri-
pta consuetudo citatum usantiquavit
si quidem in eo præceptum imponeba-
tur nam Cenedo quest. 2. n. 16. putat dari
solum consilium: Tridentinum autem
in hoc, ex negligentia. Episcoporum
non fuit receptum, & declaratione Car-
dinalium, quam affert Comitulus lib. 1.
quest. 62. num. 3. non constat authenticè
part. 2. r. 12. ref. 6.

Horæ inter-
rumpi pos-
sunt.

57 Nauarrus cap. 16. num. 73. putat, Of-
ficium necessarium dici debere continua-
tum, ita quod interruptus vult nocetur-
num verbi gratia inter Psalmum, & Psal-
mum, non satisfaciat quia non dicit v-
nam Vesperatum aut Conpletotij ora-
tionem, sicut præcipitur. Sed contrariis
sententia Fernandè 2. part. 3. cap. 15. §. 7. n.
5. est probabilis, quia, ut notat Lessius c.
37. dub. 19. num. 57. non solum quilibet
Psalmus, sed etiam quilibet versiculus
seorsim sumptus, est integra oratio, lau-
datio, vel sententia, non habens neces-
sariam cum alius connexionem: Potest
ergo quis incipere Vesperas v. g. & inter-
rumpere, complendas post duas horas
absque mortali. part. 2. r. 12. ref. 4. Et ita
tenet Sanchez in opusculo tom. 2. lib. 7. cap. 2.
dub. 19. num. 5. etiam si quis interrupisset
animo incipiendi de nouo: nam recita-
re potest, quod superest part. 4. tract. 2.
ref. 17.

Et recitans
cum socio
potest audi-
re antipho-
nas non om-
nes & le-
uantes ab
illo.
Et si ille ha-
bet privile-
gium ecclia-
sticum Bre-
uiar. obre-
uiat. p. 1. tra-
ct. 1. r. fol. 6. contra Car. m. uel em.

58 Qui recitat cum socio, non tene-
tur secundum Villalobos tom. 1. tract. 24.
dub. 1. nu. 4. recitare cum illo antipho-
nas, sed sufficit, quod dicentem socium
audiat. Si autem non audiat partem, quam
socius recitat, non satisfaciunt præcepto,
sicut vice versa si socius non audiat, qua-
tu legis, licet tu satisfacias, non tamen
ille, quia preces tuæ non fiunt illi com-
munes nisi per auditionem, alias et-
iam surdus posset legere cum socio,
& sic legem adimplere, quamuis pone-
ret tantum medietatem rei præceptæ.
p. 1. tract. 1. r. fol. 6. contra Car. m. uel em.

Itemque docet de lectionibus, quod ni-
mirum recitari omnes possint à iunio-
re, qui melius legit, & sic etiam, qui
solus dicit psalmos, & nouem lectiones
augiat legere ab alio. Peliz pars. 9. tract.
7. ref. 38. contra Azorium apud ipsum
part. 2. tract. 12. ref. 12. & part. 7. tract. 11.
ref. 6. Aduerte etiam quod socius habent
et spriuelegium recitandi Officium anti-
cipare, vel cum Breuiario breui, satisfacit
etiam ipse: quia quod priuilegium
disponit in vno correlatiuo, extendi e-
tiam debet ad alterum. Ita Pottellius V.
Horæ num. 8. part. 2. tract. 12. ref. 23. & ob-
ligatus recitare officium per se non potest
per aliam, debet tamen si bene faceret
pro restitutione celebrare facere ali-
quas Missas, part. 9. tract. 9. ref. 22. & ha-
bens plura beneficia, non tenetur plura
officia recitare, ibid. §. Nota secundò, ob-
tens beneficium, quod est nullum pro-
pter causas legitimas nec ex illo percipit
fructus, non tenetur ad officium, quia sua
culpa hoc sibi euenit, ibid. Nota tertio. Si
ablatio fructuum sit temporanea iusta vel
iniusta, tenetur ad officium. Nota quarto.
59 Deuote autem recitari Offici-
um est recitari attendendo verbis, aut
seculi, aut Deo presentij &c. Est autem
attentio duplex, actualis & virtualis. Il-
la est, cum mens actu occupatur circa
obiectum; hæc cum incipit occupari in
principio actionis, sed postea inuolun-
tariè distrahitur, illa secundum omnes
non est necessaria. Hæc omnes ferè re-
centiores volunt requiri, & recitantem
cum voluntaria distractione non satisfacere,
tunc quia c. delentes præcipit recitatio
ad deuotam, tunc etiam, quia præcipit ac-
tum orationis, qui cum sit colloquium
cum Deo in actu interiori præsertim cõ-
sistit. Sed Coninch in 3. part. quest. 83. art.
6. n. 291. & alij amplexi sunt contrariam
opinionem Durandi in 4. dist. 15. quæst.
11. quia Ecclesia extra Confessionem
non habet iurisdictionem in occultis.
Caput ergo dolentes præcipit actu deuotum
externum (ait Egidius) qui satis
fit ad externam Religionem, contra il-
los, qui inter recitandum confabulabatur
cum secularibus. Actum autem exter-
num

cit etiam
ipse.
Postea re-
citante
psalmos
audire la-
tis ab
alio.
Non debet
per alium re-
citare sa-
cere officium
qui tenetur
per se.
Beneficium
nullum non
obligat ad
officium.
Ad recita-
tionem hora-
rum non
requiritur
attentio
actualis.
Et secundum
aliquos nec
virtualis.



num orationis debite factum sine risu, confabulatione, &c. esse verum actum orationis externum, sicut externa ad oratio idolis sine intentione, est verus actus externus idololatriæ *part. 2. tr. 12. & part. 7. tr. 10. ref. 30.*

An verò Canonici confabulantes in choro, luorentur distributiones Probabiliter aliqui affirmant. Et multo magis assistant.

40 Igitur Canonici, qui in choro aliis canentibus confabulentur, aut cultum externum aliter non servarent, propter c. dolentes, peccatent mortaliter, & tenerentur ad restitutionem fructuum iuxta Later. & secundum Ledes. *to. 2. tr. 9. c. 4. concl. ult. diff. 1.* etiam distributionum, quæ licet illis competat pro sola assistentia c. licet de prob. & c. unic. de Cler. non recita. tamen si confabulantes non dicuntur verè præsentem, l. coram Titio, ff. de ver. signif. *part. 2. tractat. 12. ref. 7.* Quod si debite assisteret, quamvis non canerent, possent medietatem distributionum recipere. Ita Beia *part. 1. cas. 5. ibid. ref. 32. & part. 4. tract. 4. ref. 2. 7. 9.* Nota etiam. Satis tamen probabile est sumere posse integras, etiam si assisterent confabulando, ut ex supradicta ratione tenet Sâch. *in Opusc. tom. 2. lib. 2. c. 2. dub. 100. numero 2. part. 4. tract. 4. ref. 149. & dubitanter olim ref. 7. dub. cit. in fine &c.* Si verò Canonicus choro assistat & Officium recitet voluntariè distractus, (etiam in sententia requirente virtuales attentionem) esto non satisfacit præcepto c. dolentes de attentione; satisfacit tamen præcepto recitandi lato in Bulla, & alibi, & sic non tenetur ad restitutionem. Ita probabiliter Lesius *lib. 2. c. 37. dub. 11. n. 68. p. 2. tr. 12. ref. 1.*

Intentio satisfaciendi non requiritur.

61 Placet etiam opinio Portell. v. *Horæ autem satisfaciendi 3. disp. 88. sec. 3.* quod non sit necessarium recitare Horas canonicas cum intentione satisfaciendi præcepto, imò satisfieri etiam ab eo, qui recitaret cū expressa intentione non satisfaciendi pro tunc. Quod generaliter dictum volumus de omni præcepto, quamvis etiam contraria opinio sit probabilis *p. 2. tr. 12. ref. 37.*

Dubius an aliquem Psalmum

62 Dubius, an aliquem Psalmum omiserit non tenentur reiterare, dummodo probabiliter se illum dixisse conjectet quia & propositum habuit reci-

tandi, & se Horam incepisse, & librum tenuisse meminit. Imò timoratus non bene facit iterum recitando, & Confessarius deberet ei id prohibere ad vitandos scrupulos. Ita Homobonus *vol. 1. p. 5. ref. 210 part. 4. tr. 3. ref. 68.*

63 Qui detinetur in pulsandis organis, transferendis libris, dando chartæ, vel simili alio munere, secundum Suarez *to. 2. lib. 4. c. 14. n. 13.* tenetur postea privatim recitare illas Officii partes, quas audire non potuit. Sed mihi probabilis est sententia negativa Molfesii. *tr. 5. c. 1. nu. 21.* quia chorus, cui servit, satisfacit etiã pro ipso. Et idem dic, si Clericus, dum alii canunt, studet lectioni, quam lecturus est. Torres *in 2. 2. tr. 1. disp. 7. nu. 12. p. 2. tr. 12. ref. 11.*

Et qui detinetur in pulsandis organis, seu recitandis libris, &c. supplere quod non audit.

64 Cardinalatus ut Cardinalatus non inducit obligationem recitandi horas canonicas, Gonzales, teneri docet Melderus. Amice lector si affirmati ad hęc eas tene, quod tunc obligatur quãdo accipit birettum, quia est verè Cardinalis. Diana *p. 8. tr. 7. ref. 1.*

65 Qui solus recitat officium ex regulatibus potest illud mentaliter recitare, etiam si non explicet vocaliter verba S. Sanctorus à Melli meus amantissimus præceptor: quæ opinio ab aliis non est iudicata, nec ego audeo tanto præceptori contradicere, sed tu cogita *ib. ref. 58.*

66 Non peccat mortaliter omit- tens unam horam partem ex officio, cū sit materia parva, & levis. Marchinus *part. 8. tractat. 7. ref.*

HORAE CANONICAE

Quibus de causis omitti possint.

Ab Horæ

67 **P**rima causa à recitatione Horarum recitatum excusans est infirmitas: non omnis, sed gravis, & cui recitatio inferret damnum, cui inferret. Quamvis non ob id obligandus foret ad officium, ait Sancius *disp. 15. noceret. num. 2.* quod cum amicis conversari, & confabulari possit: confabulatio enim diverterit animum, sed officium applicat. *eis confabulari possit.*

2. tractatu. 12. resolutione 43. §. Imò. post
Et etiam initium.

si medicus 68 Quod si medicus dubitaret, an reci-
dubitaret ratio sit nocitura, probabiliter docuit
de nocu- Bonacina disp. 1. quest. 6. punct. 2. num. 5. ex-
cumento. culari; quia non tenetur se exponere pe-
riculo gravis damni. Contra sentit Suz-
rez tom. 2. lib. 4. c. 28. nu. 21. Et Malderus
in 2. r. 10. c. 2. dub. 5. dicit in tali casu
petendam esse dispensationem. p. 2. r. 12.
ref. 18. & recitantes postea in par. 4. r. 3.
ref. 67.

Si vero re- 69. Si autem medicus iudicat, recita-
citare pos- re posse maiorem partem, id est Maruri-
set maiore num cum Laudibus tenetur ad illam. Ita
partem, te- Rodriq. in sum. par. 1. c. 14. §. par. 2. tract. 12.
neretur ad ref. 29. & par. 7. r. 11. ref. 13. Si vero iudi-
illam. cat, recitare posse minorem, id est reli-
quas Horas non tenetur ad illas. Palau-
10. 2. punct. 6. disp. 2. n. 9. contra Lezanam
c. 12. n. 27. p. 4. r. 4. ref. 125.

Quid si in- 70 Quando infirmitas accedit Ita-
firmitas ac turis horis, ut quartana, commuio-
cedat sta- pio cum Villalobos tom. 1. tract. 24. diff.
tutis horis, 16. num. 7. tenet, eo die recitandum esse
ut quartana ab infirmo totum Officium, si accedit
na. vespere, anticipatè: si mane, postpositè:
quia obligatio currit per totum. Causa
ad negat, par. 5. de poen. dub. 31. & secun-
dum Bonart. lib. 2. c. 38. num. 8. probabili-
ter: quia ius anticipandi, & postponendi
Horas est privilegium, quo nemo vti te-
netur par. 4. r. 4. ref. 10. & par. 7. tract. 11.
ref. 14.

Et an in- 71 Ob quam etiam rationem, ait Sans-
firmus te- cius disp. 5. n. 2. quod infirmus non tene-
neatur ad- tur quætere socium, cum quo commo-
hibere so- dè recitaret Sed Valent tom. 2. disp. 6. qu-
cium, si 2. punct. 10. §. 7. ait teneri, si commodè
commodè potest: etiam cum stipendio, addit Pa-
potest eum laus ubi sup. n. 14. si opus sit: quia vnus-
eo recita- quisq; tenetur adhibere medium sim-
ret: pliciter necessariū ad implendum præ-
Multi mul- ceptū. Quam opinionem suat. ubi sup. n.
ta. 12. limitat ad beneficiarios tantum. Et
sanè consulendum id foret infirmo lau-
tum beneficium possidenti: sed proba-
bile est nec istum teneri socium condi-
cere pro recitando Officio, sicut nemo
tenetur pro audienda Missa conducere
sacerdotem. Ita Bonartius ubi sup. nu. 12.

Docet etiam Lesius lib. 2. cap. 37. dub. 9.
num. 54. quod qui in sanitate non solet
recitare cum socio, non tenetur illum
adhibere in infirmitate, vel cæcitate. &
Garcias part. 3. cap. 1. num. 215. quod so-
litus adhibere gratis, non tenetur in in-
firmitate conducere. par. 4. tract. 4. ref.
221. & ex parte olim par. 2. tract. 12. ref.
43. §. Imò.

72 ¶ Cæcus, qui nihil videt, vel Cæcus ad
grave oculis damnum timet, non tene- nihil tene-
tur Officium recitare. Et Canonici- tur.
cus veroque orbatus oculo absque eo, Et Cano-
quod choro assistat, lucratur distribu- nicus cæ-
tiones. Moneta part. 2. quest. 6. num. 17. ex cus acqui-
lib. 1. Cod. qui morbo se excusat. lib. 10. contra rit distri-
Sanch. in opus. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 90. butiones
num. 7. & declaravit Sacra Congregatio sine assi-
die 10. Iulii 1629. apud Barbolam de stentia.
Can. cap. 24. num. 30. par. 5. tract. 6. ref. 14.
& par. 9. tract. 9. resolut. 28. §. Sed si inci-
denter.

73 Adverte autem, quod si cæcus Quod si
tenet memoriter maiorem partem offi- maiorem
cii dubitat Soc. de iust. lib. 10. quest. 5. art. 3. partem of-
an teneatur illam recitare, quia ea r- n- ficii memo-
citas est accidentalit, & quidam inno- ria tenet
minatus apud Sanc. ubi sup. docet, quod tenetur ad
beneficiarius cæcus memòr officii, & illam.
non recitans, non tenetur ad restitutio-
nem. Ego verò existimò, quod memòr
maioris partis, teneatur illam recitare,
par. 4. tract. 4. ref. 11. quod noviss. tenet
Pal. ubi sup. n. 11. part. 5. r. 6. ref. 14. Sed cõ-
trarium tenet n. 69.

74 Si verò cæcus non meminit offi- Non verò
cii, non tenetur recitare aliquid loco ad aliud lo-
illius, ut docuit Palud. in 4. d. 15. quest. 60. Officii.
5. aut adhibere socium, qui sibi illud
legat. Bonart. ubi sup. num. 22. ref. 11. cit. §.
Notandum est, & in ista, & par. 7. tract. 12.
resol. 3.

75 Surdus non excusatur ab officio, Surdus ve
quia potest legere, & percipere. Si verò rò non ex-
legitimè impeditus non potest recita- cusatur.
re solus non tenetur adhibere socium, Et quando
quem audire non potest, saltem nisi cla- excusatur
mantem. Et si simul cæcus est, ad nihil non tene-
tenetur, nisi maioris partis memòr sit, ut tur adhi-
dictum est. Bonart. n. 21. part. 5. r. 6. resol. bere sociū.
15. Et si canit in choro satisfacit etiam
si non

si non audiat alterum eorum. & absens gaudet distributionibus. *part. 9. tract. 9. ref. 28.*

*Excusatio
cur etiam
damnati
ad trivemes.*

76 SECUNDO à recitatione Horarum excusatur ita ut impediens, ratione cuius mihi placet opinio Soti ubi sup. contra Laym. *lib. 4. tract. 1. c. 4. num. 2.* quod damnati ad trivemes excusentur ab officio: facis enim habent afflictionis nec nisi raro, laborum integritatem habere possunt. Adde quod in loco turpi suum statum detegere, cedere in Ecclesiastici Ordinis ignominiam: unde non est paritas cum suspensis, & interdicitis, ut vult Layman. *part. 2. tractat. 12. ref. 40.*

*Et an, qui
habet officium
incompossibile
cum recitatione
Horarum?*

77 Petes an qui habet officium, cum quo consistere non potest Horarum canonicarum lectio, excusetur ab earum recitatione? Affirmat Caramuel in *Regul. D. Benedicti. disp. 116. num. 1438.* Sed Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 1. c. 68. dub. 28. num. 2.* existimat obligatum ad recitandum divinum officium non posse voluntarie suscipere aliud aliud, & officium, cuius exercitio incompossibilis sit cum recitatione Horarum, nam sic implicite vult omissionem Horarum. Vnde huiusmodi vel officium relinquendum, vel beneficium resignandum, vel dispensatio petenda; cum autem voluntarie tale officium susceperit, a recitando non excusabitur. Secus esset dicendum, si adesset aliqua gravis necessitas illius officii suscipiendi, & occupationes officii suscepti recitationem horarum impediens rarius, & ex improviso occurrant, quia tunc propter necessitatem iure liberati a recitando poterit. *part. 7. tr. 11. ref. 1.*

Et secundum aliquos Monachi fugitivi.

78 Monachus fugitivus, secundum suar apud Bonaciam *de hor. can. disp. 1. quest. 1. punct. 2. num. 6.* tenetur ad Officium, alias ex suo delicto reportaret commodum. Sed hoc sequi per accidens, inquit Bonacina, & quamvis consulendus si recitare, non tamen teneri; quia non est in statu, in quo recitari soleat Officium, quemadmodum non tenetur eiectus, sive ad tempus, sive in

perpetuum. *part. 2. tractat. 4. 12. resolutionis.*

79 TERTIO excusatur defectus Breviarii, si quis illud non habeat, nec habere possit nec maiorem partem memoria teneat. Si vero sciat solos Psalmos, secundum Malderum, ubi sup. ad nihil tenetur: quia soli Psalmi non sunt Officium. Nec placet Villalobos *dub. 16. num. 11.* dicens quod debeat illos recitare non cum lectionibus B. Virginis, vel aliis, quorum meminit, nam non tenetur, nisi ad Officium diei currentis. *part. 1. tr. 12. ref. 30.*

80 Sed quid, si habeat Diurnum, & Officium fiat de feria? Thom. Sanch. *10. at Diur. 1. l. 1. c. 19. n. 8.* tenet, recitare debere Psalmum, & Officium fiat quia Lectio de feria cum responsoriis sunt parva materia. Alter Sanch. *disp. 15. de feria? num. 2.* negat, quia dictæ lectiones, licet parvæ in quantitate, sunt pars essentialis Officii, sine qua non constat Martinum Canonicum, quod præcipitur recitandum *part. 2. tr. 12. ref. 43.* quæ opinio est probabilis. *part. 10. tr. 16. ref. 47.*

HOSPITALE.

*Hospitale
an visitari
possit ab Episcopo?*

Episcopi ex Trid. *sess. 21. c. 8. & 9.* habent ius visitandi hospitale, quæcumque etiam tamquam delegati Sedis Apostolicæ, non obstante in contrarium privilegio, aut consuetudine, nisi sint sub immediata Regni protectione, aut in eorum fundatione contrarium expressè cautum sit. Ex qua ultima exceptione declaravit S. Congregatio apud Farin. in supradicta clausula, revocari solum privilegia extra fundationem, non in ipsa fundatione concessa. Vnde etiam apud Alencardiz *add. ad leg. Nau. lib. 1. tit. 6. leg. 5. §. 2. num. 66.* declaravit, quod si Fundator in fundatione Episcopum à visitatione excluderit, non potest illud visitare, stante qua declaratione idem decisum fuit in Rota in vna Abulensi apud Farin. *tom. 1. part. 2. dec. 33.* & sentiunt DD. communiter cum Garzia *de benef. tom. 1. part. 1. c. 2. num.*

*Si in eius
fundatione
contrarium
cautum sit*

2 num. 98. & 104. qui testatus ita declarasse S. D. N. Paulum V. an. 1616. Nec audiendus est Barb. de pot. Episc. p. 3. alleg. 75. num. 9. qui explicat dictas declarationes de hospitalibus merè laicalibus; nam DD. Cardinales absolunt de omnibus hospitalibus loquuntur. Explo dunt etiam dicentes DD. Cardinales id declarasse de Episcopo quoad iurisdictionem ordinariam, non quoad delegatam à Tridentino: nam Cardinales interrogati fuerunt in ordine addictum decretum Concilii, sic quamvis admittenda esset opinio Garcia ubi sup. nu. 93. quod dictæ declarationes non habeant locum in casu negligentia, cum nõ possit Fundator prohibere, ne Episcopus se intromittat circa executionem legatorum priorum, ut probat Bodadilla lib. 2. c. 17 num. 102. ex c. tua nobis, §. 1. de test. Limitanda foret tamen, ut non procederet, quando Fundator in casu negligentia alios substitueret, donec ipsi substituti fuerint negligentes. Ita Perez de ann.

de operibus, quæ ibi exercentur, computis expensarum, & c. part. 1. r. actat. 2. resol. 110.

3 Hospitalis bona non possunt alienari absque solemnitatibus in Extra. Ambitiosa requisitis, de diebus vide V. Alienare par. 1. r. 8. ref. 77.

Hospitalis relicta, est relicta ad pias causas.

4 Relictum Hospitali dicitur relicta ad pias causas, quod plerique intelligunt procedere, modo Hospitalis sit constructum auctoritate Episcopi, aut certe illi constructo accedat ipsius auctoritas, alias deus ita voluit Baldus in Auth. hoc ius porrectum, C. de SS. Eccl. & Conf. 4. 65. lib. 1. & alibi: Sed alii indistinctè tenent, siue Hospitalis sit institutum auctoritate Episcopi, siue non, esse tamen & dici pium locum. Bart. consil. 1. lib. 4. p. 7. tract. 6. ref. 29. §. Secundo.

I A C T A N T I A.

1 Iactantia sic describitur: Manifestatio excellentiæ propriæ superbia, quod est in se, aut in aliorum æstimatione, verbis inordinatè facta.

Iactantia quid?

2 Est de se peccatum veniale. Ex multis tamen capitibus fit mortale. Inter alia, cum quis se iactat de peccato, & offensa Dei, in quantum est Dei offensa: nam si quis se iactet de agilitate, & ingenio in committendo peccato auditoribus id intelligētibus, non peccat mortaliter: Ita Lessius lib. 2. c. 47. dub. 6. n. 42.

Et quale peccatum.

Quando verò, quis iactat de peccato formaliter, etiam sine gaudio, & complacentia, est peccatum mortale, sed vnius speciei infamæ, quatenus omne peccatum quodcumque sit, assumitur ut mediū ad inanem gloriam comparandā; unde non oportet in Confessione explicare de quanam peccati specie iactatus sit, ut diximus V. Circumstantia, n. 11. Non solum verò peccas mortaliter, si tu de peccato iacteris, sed etiam si alio te de peccato coram aliis laudante, taceas; & Palaus qui dem tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 11. putat in tali casu semper teneri sic laudatum displicentiæ signa manifestare.

Ggg

Ipsa præsertim Episcopo consentiente.

Et quid de hospitalibus Regum cura subiciatur?

in casu, quo in ipsa fundacione Episcopus non consentiens: nam si consentiat, nullam paritur dubitationem, tum quia Episcopus potest præiudicare iuri sibi querendo, quamvis non possit iuri quærere: tum etiam quia, ut advertit Gozza sup. 8. reg. Cancel. gloss. 5. n. 48. Concilium præcipit servari clausulam institutionis, quod Ordinarius non se ingerat institutionis inquam validæ, ad quæ requiritur consensus Episcopi, unde saltem servari præcipit in casu, quo Episcopus consentit, & iuri sibi acquirendo præiudicat. p. 1. r. 2. ref. 84.

2 Adverte etiam, quod quævis Barb. de pot. Episc. par. 3. alleg. 75. num. 16. & DD. communiter dicant, Episcopum non posse visitare confraternitates, & hospitalia existentes sub Regum protectione, etiam quoad decentiam divini cultus, sine illorum licentia. Coartarium tamen tenet Pereira de man. reg. part. 2. cap. 17. num. 12. quia cultus divinus, ut potè res spiritualis, & Ecclesiastica, ad Episcopum privativè, & necessario spectat. Concilium verò sess. 22. c. 8. loqui

Summa Diana,

